

LIAE 004327

l'ordinaciones, et decreta
colate in prima duocentorum
quododo civitatis Crispae
Cartellanae 1626,
Rouen loci, ... 1627



illud Euangelicum) Cæsari; quæ sunt Dei, Deo, non abs te
solum, sed ab alijs etiam reddi per Synodum euras. de qua-
dum pauca dicere instituo, dum eius necessitatem simul, &
vtilitatem insinuare conor; vos oro, atque obtestor Auditores,
vt pro vestra singulari humanitate, non animis minus,
quam linguis fauzatis, mearumq; virium tenuitatem beni-
gnitate veltra subleuetis. id quod, si quemadmodum opto, ac
spero, præstiteritis; non dubito, quin vtriq; vos scilicet hu-
manitatis vestrae, ego laboris mei, fructum satis amplum laturi
simus. & nè quid extra oleas; rerum alia diuinæ sunt, cœle-
stes alia, & alia humanæ. diuinæ, quippè quæ sunt motus,
& mutationis expertes, emendatione non egent: cœlestes ve-
rò, atq; humanæ, agitationi obnoxiae, instauracionem deside-
rant, ad quod clarè allusit poeta nō obscurus carminibus illis.

Cadit hesperias Phæbus in yndas:

Sed secreto tramite rursus

Currum solitos vertit ad ortus.

Repetunt proprios quæq; recurlus,

Redituq; suo singula gaudent.

Quòd si cœlestia siderum itinera, quamvis perpetua, im-
mortalia, sempiterna, redeunt tandem, restituunturq; quid
tertium hoc faciet rerum genus, fluxum, caducum, mortale
prosesto? aut interitu citò pereat necesse est, aut continua in-
nouatione reficiatur. Hinc natura sagax, quæ nihil aliud ae-
què ac sui, suarumq; rerum conseruationē anhelat, & corpo-
ribus cibum ad vitam, & genitaram generibus ad perpetuita-
tem suppeditauit. humanis autem animis quin idem præstet,
quod cibus corporibus, sua pro tempore emendatio, cultura,
ac disciplina, qui non videat, puto esse neminem. Nam sicuti
alimento caloris innati vis retunditur, temperatur certè, nè
radicalem (ve physici loquuntur) humorē extenuet, & extin-
guat; ità & hoc quæsi doctrinæ pabulo cupiditatum ardores re-
primuntur, ne rationem sua de sede deturbatam absument,
animus alitur, stat, viget. contrà verò, quemadmodum si cor-
pori cibum subduxeris, vires illud confessim amittit, & elan-
guet; sic indubie, si diutius ab alendis Synodorum dape ani-
mabus cestetur, clangescunt hæc, deficiuntq;: adeò cernimus

omnia fatis

In peius ruere, ac retrò sublapsa referri.

Non aliter quam qui aduerso yix flumine lembum

Remigij subigit, si brachia forte remisit,
Atq; illum in præcips prono rapit alueus amne.

Quod cum pulchrè intelligeret sacrosancta mater Ecclesia, diuino lumine illustrata, quamvis à nostræ salutis auctore accepisset, se super firmam petram ita ædificatam, ut portæ Inferi aduersus, præualere non posint; hac tamen ratione præcipua, sartam testam se tueri, semper enixissimè studuit. longum esset enumerare, quæ Bizantij, quæ Lugduni, quæ Pis-sis, quæ Romæ, quæ apud Nicæam, Florentiam, alijsque pluribus in locis concilia celebravit. Illud tantum dicam, & verè dicam, nullo maiori ab hoste fuisse vñquam oppugnatam, cui Synodo non restiterit, e quo per Synodum victoriam non reportarit. Hoc enim telo Arrios fudit, hoc Nestoreos prostrauit, hoc Sabellicos, Iouianosq; confixit, hoc Pelagios ac Nouatianos debellauit, hoc demum totam illam vñm Hæreticorum, quæ more Gigantum in Cœlum, in Christi nomen, impias manus armauerat, iugulauit. Ut missa faciam cætera: vt nihil attingam Basilios, Chrysostomos, Damascenos, ac tot Græciæ tuæ lumen, qui tanquam ex equo troiano, è secunda Synodorum alio prodierunt: vt eodem silentio inuolum Hieronymos, Ambrosios, Augustinos, latini nominis vera ornamenta ac decora, qui cum magna similitum copia, Synodorum aculeis incitati, sine precio preciosos, doctrinæ ac disciplinarum omnium thesauros, in Christianum ærarium congesserunt; vel proximè, orbi Christiano partam pacem, ac tranquillitatem, cuinam acceptam ferre, nisi Synodo Tridentinæ debemus? serebantur per vniuersam Germaniam duo illa monstra, Lutherus & Caluinus, nulla virtute à vitijs redempta; & infræni licentia ita debacabantur, prauis dogmatis disseminatis, vt omnia rapinis, adulterijs, stupris, cæde, incendijs inquinarent. nulla in Vrbibus cura veterum institutorum, nulla domesticos inter parietes concordia, nulla erat in delubris Diuorum reverentia, nullus vñquam Celi metus. nec id mali se Germania finibus continebat. Angliam oppreserat: affligebat miserè Galliam: per Heluetiorum træsus ita serpebat, vt vtranq; Hesperiam putaretur illicè inuisura. Petri nauicula eò erat adducta, vt penè fluëibus mergeretur. quænam alia salutis via innenta est, nisi oecumenica illa Tridentina Synodus, vbi Paulo Tertio ad clauum sedenti, & iam iam naufragium extimescenti, è Cœlo se Chri-

stus

stus ostendens, blandè increpuit, Modicæ fidei, quare dubitasti? & statim facta est tranquillitas magna: Gigantum temeritas disiecta est, ac summa cum fidelium lætitia, præter hominum perditorum opinionem, fidei montes, vñis Titanis impositi, emicuerunt. Et est vñlus, qui Synodi utilitatem non perspiciat? qui Synodos cogendas non existimet? qui coætas non laudet, apertisque tibijs non celebret? qui non extollat? qui in Cœlum non ferat? certè si concilia agitant militum ductores, cum sibi periculi aliquid imminere intelligunt: si Medici, si Archiatri consultant, dum salus humani corporis periclitatur: si res publicæ omnes benè institutæ, quotiescumq; aliquod graue incident in discrimen, Cives in Curiam vocant, ac ibi querunt in medium consulere; quid agendum ab ijs, quibus commissa est cura animarum, quibus nihil est preciosius in terris, pro quarum salute Deus ipse, è Cœlo descendens, tot labores, molestiasq; exanthlauit? Nunquam, nunquam committendum fuit, vt nos maximis in rebus minus diligentes essemus, quam cæteri in minimis; & à filiis huius sæculi, filij lucis, prudentia vinceremur: cum præfertim nos, & sanctorum Patrum auctoritas, & Synodi Tridentinæ decreta ad hanc præstandam soleritiam compellant. Nec est, eur aliquis vereatur, vt cum fructu cætus hic ad exedram convenerit. si enim vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum, dicit Dominus; cur persuasum non habeamus ibi fore, vbi à tot Pastoribus Ecclesiæ, quos Angelos Ioannes appellat, tot votis, precibus, sacrificijsque inuocatur? Si autem nobiscum Deus, quid est, quod non sperare possimus? quamobrem caue illustris. Præful, caue, credas vñllum mortalium, quidquam melius, salubrissuè cogitasse vñquam, quam ipse, spiritu Sancto monente, cogitaueris de Synodo instituenda, quæ fructum longè vberissimum pollicetur. At dicet aliquis, tunc Synodum indici oportere, tunc esse fructuotam eius institutionem, cum alicui magno malo remedium afterendum est; nunc Deo dante in eo statu omnia versari; vt Synodo non sit opus: aut nihil omnino, aut leuia admodum committi. Vtinam isti vera prædicent, sed vt nullum maius malum in Ecclesia nostra esse concedam; non concedam tamen minora, si qua sunt, ab ea non esse euellenda. si quidem, vt dicitant, ex minimis initij maxima, atque vt à Sanctis Patribus accepimus, nullum adeo paruum peccatum est, quod non crescat negleßum.

At

At nisi nos ipsi seducimus ; quando vberior vtiorum copia ? quando voquā fidelium vita mollior ? quando ambitio petulantior ? quando cupiditas inflammatio nior ? quando peccandi licentia impudentior ? quando audacia aduersus pietatem, loquendi, disputandi , scribendi aut frequentior , aut securior fuit ? quando in Populis rerum sacrarum , quando sacramentorum , quando clauis , ac sanctorum præceptorum non modo negligientia , sed contemptus maior ? quando fides , & religio nostra magis ludibri fuit ? heu me miserum , venæ peioris omne nefas in hoc æcum nostrum irruptit : omne in præcipiti viciū stetit . quod si cum adhibere remedia , tum parare fo menta debemus , cum dolore , cum morbo corpora nostra tentantur ; non dubitandum est , quin differri vterius Synodus hanc non oportuerit , quam sanè in hoc vsq; tempus dilatam esse , non iniuria querimur , cum tantum inde detrimenti acceperimus , v. merito nunc aquam cineri infundere videamur . Si quidem nisi lippimus cucurbitas , non né ipsi met oculis intuemur , florentissimum huius Vrbis statum , supraquam cuiquam credibile sit , esse immutatum ? Hæc olim potentissimi Regis Lartis Tolumnij Patria simul , & Regia (si quidquam) Plutarco creditus , Tusciae totius propugnaculum fuit . Hæc , quæ vario eventu multas annorū decades cū Romano Populo de imperio decertauit : quæ numerosissimam Fabiorum gentem propemodū internicione deleuit , trecentis vno præliō ad amnem Cremeram trucidatis : quæ Vrbium etruscarum opulentissima (quod Vrbi Troiæ summa gloria vertitur) decen nij obsidionem sustinuit : hæc à Romanis hostibus , quondam Romæ ipsi præposita : hæc à castellorum numero subiectorum Vrbis Castellanæ nomen sortita , B. Ioannis Parentis , qui Diuo Francisco Assisinati in Franciscanorum clavo regendo successit , hæc Serenæ martyris natale solum , nunc , proh dolor ! omnibus ornamentiis amissis , tantum abest , vt primas inter etruscos ferat ; vt in eam usurpari possit atticum illud . Megarenses neque tertij , neque quarti . atque utinam Propertius , poeticè magis quam verè , cecinisse videri possit : Et Vei Veteres , & vos iam regna fuistis ,

Et vestro posita est aurea sella foro .

Nunc intra muros Pastoris buccina lenti

Cantat , & in vestris olsibus arua metunt .

Certè quanta sit eius facta contractio , vt cætera sileant ,

Et Diuo-

Et Diuorum templa solo aequata , & veterum Domorum crebra vestigia , quæ passim cernuntur , apertissimè prædicant . Quod si reliquam Dicecesim excurramus , vbiq; reperiemus omnia similia . Vbi enim Capenatum , vbi Phaliscorum glebz felices , æternum libris felicioribus creditæ ? Illi Epimenidis somnum iam diu dormiunt , vel ultra Epimenidem : hi multos iam annos esse in humanis desierunt ; & Sæctorum Gratiliani , ac Felicissimæ Patriam , aequitate olim insignem , nec minus litteris quam armis decoratam , aratum findit , dirutis tantummodo mœnibus , ruinam ingentem sua mole testantibus . Cuius quidem diminutionis , vel potius excidij causam , & si nonnullis exitij nullam placet esse rationem , quam dicemus aliam nisi neglectam religionem , nisi negligenter Dei cultum ? ex peccatis aduersa : ac pro ingenti malo , ingens malum : nec vilum grauius crimen est , quam ingratum se illi præbere , à quo commoda omnia , lucem , spiritum ipsum accep eris . Si Prisci Quirites imperij Romani declinationem relictis Idolis , Ambrosio teste , tribuebant ; cur nos veri numinis indiligenti cultui hanc immutationē tribuendam non existimabimus ? Satis liquet cum Dei contemptu , vt nostrates dicitare solent , contemptum quoq; proximi esse coniunctum . vbi contemptus est , amor eß non potest . vbi nullus est amor , ibi nulla concordia . si concordia abest , abest & pax . ex qua Vrbe pax exulat , ibi simulates , ibi dissidia , ibi rixæ , ibi discordia regnat . discordiam verò quin sequatur omnium rerū euersio , nemo non videt . quis igitur ire inficias possit , quin iure optimo dixerim à contempta religione , à diurna Synodorum intermissione , hæc mala fluxisse ? cum multis ab hinc fœulis tanta fuerit oscitatio , vt quod nusquam gentium accidit , nunquam hic seniorum conuentus fuerit indicitus , nulla vñquam rebus ecclesiasticis , in dies collabentibus , medela satis prouida fuerit allata ? quare perge obsecro , Pastor vigilanssime , atq; omnibus , id quod facis , ostende , non temere in porticibus tuis marmoreum leonem pro valuis excubare . poscit hoc vigilancia tua : poscit ouium tuarum egeltas : poscunt monita sanctorum Patrum : poscit Synodus Tridentina : poscit munus : poscit charitas . omnia , quæ in terris gignuntur , ad vsum hominum creantur ; homines autem hominum causa geniti sunt , vt ipsi inter se , aliis alijs , prodere possent . id autem cum dici de omnibus ræquè possit , perspicuum tamen

men est ad eos , qui prudentia , qui dignitate ac potentia cæteris antecellunt , spectare multo magis . quod si is , qui plus habet virium , plus præstare tenetur ; nullus dubitandi relinquit locus , quin ipse , cuius virtus in tam celso est locata , fastigio , digna tamen (abst verbo aalentatio) multo celsiori , nihil non tentare , nihil non debeas moliri , ut ouibus tuis , Christi sanguine redemptis , opera , consilio , auctoritate , quibusunque rebus potes , opituleris . sed præstas ipse partes tuas , & strenuè præstas ; nec vt liberè dicam , quod sentio , alia de causa crediderim esse à Domino factum , ut immanissimi Turcarum tyranni manibus erectus , post diuturnos labores , plurimis fortunæ vicibus superatis , quemadmodum Saturnus olim , in hanc Italiz partem è Creta adueneris , nisi vt Saturnus alter , aurea sæcula , tot se voluentibus annis , huic si minus Latio , at certè conterminæ regioni afferres . quod aut Synodo præstare potes , aut re alia nulla . Synodus enim errores ejicit , euellit abusus , delicta punit , odia & inimicitias componit : Synodus ecclesiasticorum segnitiam discutit , collapsum Ecclesijs restituit disciplinam : Synodus Dœmonum fallaciam vincit , sensus illecebras aufert : Synodus rationi reddit amissam arcem : Synodus iustitiam in terras reuocat : Synodus hominibus conciliat Deum . Perge , perge Pater amantissime , nec te ab incepto reuocent nonnullorum voces , quibus , vt potè sibi conscijs , iustitia tua rigor timori est . melius est cum seueritate diligere , quam cum lenitate decipere : leniter autem decipit , qui subditorum erratis conauuet . Religione nihil in humanis est sanctius : nihil esse debet incorruptius . Virtutes benignissimè souendz , vitia seuerissimè vindicanda , nec leuoribus ignoscendum . parua enim sèpè scintilla contempta magnum excitauit incendium . sed mare amnium non indiget . ea est sapientia tua , quæ aliorum monita non requirat : ea constantia in ijs , quæ optima factu esse intelligis , vt aliorum adhortationes non admittat . quamobrem cum eam esse humanarum rerum conditionem ostenderim , vt alsidua reparacione indigeant : cum quanta sit Synodi vis ad mala tollenda , explicauerim : cum in eum statum hanc Vrbem , hanc Diœcœsum esse adductam exposuerim , vt Synodi opem imploret , vt plurimum utilitatis à Synodo possit accipere ; supereft (Auditores Præstantissimi , vt ad vos mea se conuertatoratio , volq; horter , vt talem , ac tantum nacti Duceam , alacres contra Satananam

tanam pugnantem , ab eius fauicibus , creparet prius è Iudeorum insidijs , Ecclesiam vindicetis . tremit ille ad caulam , vt Leo , quærens quem deuoret , sicuti Apostolorum Princeps nos monet . vestri munieris est , nè quid detrimenti creditum vobis ouile capiat , inuigilare . illius autem insultus leui negotio eludetis , si auxiliares manus Antistiti , quemadmodum vos decet , præfliteritis . non multa , non magna à vobis exposcuntur ; sed solum vt ea , quæ seruanda proponuntur , diligenter discussa , vobis , ouibus vestris , Ecclesia fructuosa comperta , ita seruatis , ita seruanda curetis , vt digni sitis , qui facem alijs in viam Domini præmonstretis . Vnusquisque à Domino nunc se putet illis verbis commoneri . Tu , inquit , Petre aliquando conuersus , confirma fratres tuos . quod si ipse dixit , & facta sunt , quis erit auribus adeò crassis , adeò ferreis præcordijs , vt verbis Dei monentis non pareat , quibus muta ipsa elementa paruerunt ? Dum ora , dum oculos vestrum omnium , in me conuersos intueror , vos parato iam animo ad nauandam strenuè operam videre mihi videor : qua propter pluribus non vtar . Spiritum dumtaxat illum , qui à Patre , & filio procedit Deus , humiliter precabor , vt quemadmodum Pastori nostro optimam hanc mentem immisit , vt nos in hoc augulissimo , ac sanctissimo loco congregaret , vbi ea , quæ censet Ecclesiæ suæ utilia , proponat ; ita sui ruminis afflata efficiat , vt quæcumque constituta fuerint , tanta cum diligentia seruemus vniuersi , vt non minus boni ex obedientia nostra , quam ex eius vigilancia , tandem emanasse videatur . Dicebam .



INDEX TITULORVM,

*Qui continentur in Constitutionibus
Synodalibus.*



<i>E Profitenda fide Orthodoxa.</i>	pag. 1
<i>De Custodienda fide Orthodoxa, & Hæreticis, corumque libris vitandis.</i>	3
<i>De his, quæ omnes tenentur credere, & scire.</i>	9
<i>De fidei Rudimentis.</i>	9
<i>De lectione sacra Scriptura.</i>	11
<i>De Verbi Dei Prædicatione.</i>	12
<i>De Reliquijs, sacris imaginibus, ac venerationibus Sancto- rum.</i>	14
<i>De Indulgentijs.</i>	16
<i>De cultu diuino, & festorum obseruantia.</i>	17
<i>Festa in nostra Diœcese de præcepto, deuotione, aut statuto obseruanda, erunt infra scripta, & quæ signata fuerint lit- tera P. erunt de Præcepto, quæ littera D. ex deuotione, quæ littera S. Statutaria.</i>	18
<i>De Ieiuniorum obseruantia.</i>	21
<i>De Celebratione diuinorum Officiorum, ipsorumque mini- stris.</i>	23
<i>De moderatione Chori</i>	25
<i>De Hebdomadario.</i>	26
<i>De modo thurificandi.</i>	27
<i>De Cantore, & subcantore.</i>	28
<i>De punctatoribus.</i>	29
<i>De Magistro Ceremoniarum.</i>	29

De

<i>De officio Sacristæ maioris.</i>	30
<i>De officio Paruchi.</i>	30
<i>De obseruandis in Sacramentorum administratione.</i>	34
<i>De Sacramento Baptismi.</i>	35
<i>De Sacramento Confirmationis.</i>	39
<i>De Sacramento Pœnitentia.</i>	49
<i>Casus Referuati.</i>	41
<i>Bulla Gregorij XV. contra sollicitantes in Confessionibus.</i>	47
<i>De Sanctissimo Eucharistie Sacramento.</i>	53
<i>De Missarum celebratione.</i>	59
<i>Decreta S. Congregationis Concilij.</i>	66
<i>De pertinentibus ad Extremam Vnctionem.</i>	75
<i>De Pertinentibus ad Sacramentum ordinis.</i>	77
<i>De Pertinentibus ad Sacramentum Matrimonij.</i>	81
<i>De Sacro sanctis Ecclesijs, & eorum cultu.</i>	86
<i>De præcipuis Ecclesiæ partibus, & de Pavimento.</i>	88
<i>De foribus.</i>	89
<i>De vase Aqua Benedicte.</i>	90
<i>De fenestris.</i>	90
<i>De Altaribus, & Capellis.</i>	90
<i>De Tabernaculo.</i>	92
<i>De Lampadario.</i>	93
<i>De Reliquiarjjs.</i>	93
<i>De Sacris Imaginibus.</i>	95
<i>De oleis sacris, eorumq; Vasculis.</i>	95
<i>De Baptisterio.</i>	97
<i>De Sacrario.</i>	98
<i>De Suggesto.</i>	98
<i>De Confessionali.</i>	98
<i>De Sepuleris, ac funeribus.</i>	99
<i>De Parvulorum Sepultura.</i>	101
<i>De Cœmeterijs.</i>	101
<i>De Campanis.</i>	102
<i>De Choro.</i>	103
<i>De Sacrifica, & Sacrissimis.</i>	103
<i>De Organo.</i>	106
<i>De Rebus Ecclesiæ conseruandis, eorumq; recta admini- stratione.</i>	107
<i>De Vita, & honestate Clericorum.</i>	110
<i>De Monialibus, eorumq; Ministris.</i>	114


c 2

De

<i>De Pizzocharis, alijsq; Laicis Monialibus.</i>	118
<i>De Confraternitatibus Laicorum.</i>	119
<i>De Hospitalibus.</i>	122
<i>De Eremitis.</i>	124
<i>De Monte Pietatis.</i>	125
<i>Constitutio Pauli V. circa Montium Pietatis Administra-</i>	
<i>tores.</i>	126
<i>De Tribunali, eiusq; Ministris.</i>	128
<i>De Vicario Generali, eiusq; auctoritate.</i>	131
<i>De Vicario Foraneo.</i>	132
<i>De Capitulo Congregando.</i>	133
<i>De Santesio, seu Procuratore Capituli.</i>	134
<i>De Officio Camerarij.</i>	136
<i>De Vitijs extirpandis.</i>	137
<i>De Blasphemijis.</i>	137
<i>De sententia Excommunicationis.</i>	138
<i>De Iuramento falso.</i>	140
<i>De Maleficijs, & superstitionibus.</i>	141
<i>De Concubinarijs, & Meretricibus.</i>	142
<i>De Cauponis.</i>	143
<i>De Usurarijs.</i>	143
<i>De Officio examinatorum.</i>	144
<i>De Iudicibus Synodalibus.</i>	145
<i>De Testibus Synodalibus.</i>	146
<i>De Synodalibus Decretis.</i>	146
<i>Declarationes aliquot Sacrae Congregationis Concilii S.D.N.</i>	
<i>Urbani Papa VIII. auctoritate edita super Decretis eiusdem</i>	
<i>Congregationis de Celebrations Missarum.</i>	148



CON-



CONSTITUTIONES SYNODALES DIOECESIS CIVITATIS CASTELLANÆ.

SESSIO PRIMA.

De Profitenda fide Orthodoxa.



VONIAM fides Religionis Catholice, sine qua impossibile est placere Deo, ¹ Lumen est animæ, ostium vita^r, fundamentum salutis æternæ, ² cunctarum mater virtutum, & radix bonorū omnium, ³ nec solum corde creditur ad iustitiam, sed ore etiam confessio fit ad salutem: ⁴ placuit ab eiusdem fidei professione nostræ Synodo initium facere, & quasi viam aperire.

Quamobrem dispositioni Sacri Concilij Tridentini, ⁵ & Constitutioni Pij Papæ IV. ⁶ inhærendo primū quidem omnes, & singuli ecclesiastica beneficia obtinentes, quique ad dioecesanam Synodus accessuri sunt, orthodoxæ fidei professionem coram nobis emittant, priusquam Synodus absoluatur.

Prouisi de Canoniciis, ac dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus tum apud nos, vel Vicarium nostrum generale, tum etiam in Capitulo eandem fidem profiteantur. ⁷ Qui verò prouisi fuerint de parochialibus, vel beneficijs Ecclesiasticis quibuscunq;

A curam

¹ Hebræ. c. xi.
² Chrysost. in illud
Symboli Credo in
Deum.
³ Conc. Trid. fess.
⁴ c. 8. de reformat.

⁵ Concil. Trident.
fess. 25. c. 2. de refor.
⁶ Quæ incip. In iun-
ctum Id. Nouemb.
⁷ 1564. & iuxta a-
liam eiusdem Pij. 4.
Constit. quæ incip.
quæ in sacrosancta.

⁷ Concil. Trident.
fess. 14. c. 2. de re-
format.

⁸ Constit Pij 4. In-
iunctum Synod. Vi-
terb & Tuleren.
de professio. fid. s.
omnib. Nauar. Cof.
⁸ de Iure iur.

² curam animarum habentibus in Ciuitate, & Dioecesi nostra , antequam possessionem adipiscantur, vel intra duos menses à die susceptæ possessionis in manibus nostris , vel nostri Vicarij Generalis professionem emittant, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros spondere, & iurare teneantur iuxta præscriptum dictæ Constitutionis Pij IV. inferius regi stranda. ⁸ ego N. firma fide credo, & profiteor omnia & singula, quæ continentur in symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet.

Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem, Factorem Coeli, & Terræ: visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantiale Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Coelis. Et Incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine: Et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in Coelum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius Regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confeceor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Apostolicas insuper, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq. eiusdem obseruationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector.

Item

³ Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est indicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum admitto, nec eam unquam, nisi iuxta unanimum consensum Patrum accipio, & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse verè, & propriè Sacra menta nouæ legis à Iesu Christo D. N. instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiā, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse.

Recepto, quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholice ritus in supradictorum omnium Sacmentorum solemnni administratione recipio, & admitto.

Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verū, proprium, ac propitiatorium sacrificium pro viuis, & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistia Sacramento esse verè, & realiter, & substantialiter Corpus, & sanguinē, unā cum anima, & diuinitate D.N.Iesu Christi, fieri. conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conuersi onem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumq. sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasq. ibi detentas fidelium suffragijs iuuari.

Similiter & Sanctos unā cum Christo regnantes venerādos, atque inuocandos esse, eosq. orationes Deo pro nobis offerre, atque corū reliquias venerādas esse.

A 2 Fir-

⁴ Firmissimè assero Imagines Christi, & Deiparae semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq. usum Christiano Populo maximè salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistrum agnoscō, Romanoq. Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro.

Cætera item omnia à sacris Canonibus, & oecumenicis Concilijs, ac præcipue à Sacro-Sancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, simulq. contraria omnia, atque hæreses quascunq. ab Ecclesia damnatas, reictas, & anathematizatas ego pariter damno, reicio, & anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem, extrà quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integrum, & inviolatam usquæ ad extrellum vitæ spatiū constantissimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum.

Alioquin prædicti omnes nec fructus faciant suos, nec illis adepta possessio suffragetur.⁹

Insuper eandem fidei professionem præstabunt Confessores, & Concionatores tām Seculares, quām Regulares (cum primum conceditur eis licentia) etiam concionaturi in Ecclesijs suorum ordinum.¹⁰ Item sacerdotes monialium curæ destinati, antequam Sacramēta eisdem incipiunt ministrare.¹¹ Assisten-

⁹ Concil. Trid. d. sess. 14. c. 12. Idq; etiā fi Canonici- sensi exempti Na- war. Conf. 9. de lu- rejur.
¹⁰ arg. d. Constit. Pij 4. conc. med. 5. que ad fid. tuend. stud. pert. Synodo Viterb. & Tuscan. 3. de prof. fid. 5. omnibus.
¹¹ arg. Conc. Trid. sess. 15. de refor. d. c. 2. & de Conc. med. 5.

⁵ tes, Aduocati, Procuratores, Notarij, & Ministri omnes in causis fidei, 12 Professores quoq; seu Præ- ctores cuiuslibet facultatis, & ludimagistri, 13 quamvis priuatim docere velint, capta prius de vita, & moribus corundem informatione à Vicarijs locorum 14 ad nos per instrumentum publicum deferenda. Deniq; Impressores, & Bibliopolæ. 15 Qui omnes, & singuli, antequā suæ facultatis vel artis munus exerceant, vel si iam cœperint exercere, intrâ duos menses fidem profitebuntur 16 sub poenit. arbitrio nostro imponendis.

Medici autem renouent iuramentum 17 ab eis in doctoratu præstitum de seruanda Constitutione Pij V.¹⁸ & in libro ad hoc destinato à Cancellario nostro adnotentur.

Sint præterea duo Codices, alter in Archiuo nostro Episcopali, in quo Notarij gratis describant nomina eorum, qui coram nobis, vel nostro Generali Vicario fidem professi sunt; Alter in Archiuo Cathedralium, vbi adnotentur ji, qui coram Capitulo professionem fecerunt, vt cum oportuerit, facile deprehendi possit ex Codice, qui contumaces, quique fuerint obtemperantes.¹⁹

*De Custodienda fide Orthodoxa, & Hæreticis,
eorumque libris vitandis.*

CVM simus inuicem membra, & omnes vnum corpus in Christo, sicut omnes uno spiritu viuiscamus, sic unius oculo fidei omnes pariter illustramur. Vnumquodq; etiam Christiani operis corpus, vel totum ab huius oculi luce, & simplicitate perficitur, vel caligatione damnatur dicente Domino, si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus lucidum erit,

¹² d. Conc. med. 5.
¹³ Conf. Pij 4. in Sacro-Sancta synod. Viterb. & Tuscan.
¹⁴ item iuri, & 3.
¹⁵ omnibus de prof. fid.
¹⁶ ex una proutine. mediol. sub. 5. Canto lib. 1. cap. de ludimag. n. 4.
¹⁷ Concil. med. 6. que ad fid. tuend. stud. pert.
¹⁸ Viterb. & Tusc.
¹⁹ de fid. Cathol.
²⁰ Viterb. & Tusc.
²¹ de poenit. 5. me- dici.
²² Quæ incip. su- præ Gregem domini- nicum 13. Martij.
²³ 1566 & c. cum in- firmitas de poenit. & remis.
²⁴ de Conc. med. 5. que ad fid. tuend. stud. pert. synod. Viterb. & Tuscan.
²⁵ 3. vñitum autem de prof. fid. & 4.
²⁶ 5. vt aut. certa de- fid. Cathol.

⁷ Ephes. 4.
⁸ Rom. 13.

⁶
erit, si autem nequam fuerit, totum corpus tenebrosum erit. 3 Nihil igitur æquè curandum est in hoc corpore, quam ut fidei oculus non solum ab omni nube perfidiæ, & hæreticæ prauitatis, sed à leuissimo quoq; puluere suspicionis illibatus custodiatur. si quā verò caliginem (quod Deus auertat) vlla ex parte contraxit, solertiissimè repurgetur.

1 c. episcopus, 35.
q. 6.
2 c. Sicut de Accus.
& Concil. Lateri-
nen (ub Innoc. III.
cap. 6).

4 17. Kal. Junij an-
no ij.
2 Non. Martij an-
no 4.
3 c. excommunicationis
tus, 1 l. 1. § adiuci-
mus de hereticis.
5 in dictis Confi-
tutionibus Innocent.
& Nicolai.
4 c. qui alios de hæ-
reticis.

1 Conc. Mediola-
nen. pr. de Hiltion.
& secund. que ad
fid. tuer. stud. pert.

Quamobrem nepernicioſa hæresis lues Domini gregem nobis creditum corrumpat, Archipresbyteri, Vicarij Foranei, ac testes Synodales, inuigilant, sedulōque perquirant, an hæretici, schismatici, apostatae, aut alij de his suspecti in eorū ditione reperiantur. Diligentiam verò, ac curam in eorum indagationem exactius conuertant, qui se nuper ad fidem conuersos profitentes ad quæstum captandum diuagantur. Si quos inuenient, statim nobis deferant.

Quilibet non modo hæreticos iuxta præscriptum Constitutionis fel rec. Innocentij Papæ IV. & Nicolai III. & verum etiam de hæresi suspectos sub anathematis poena denunciare nobis per viam iudicij 3 te-
neatur. 4 Qui conscius non obtemperauerit, Sacra-
mentalii careat absolutione. Parochi verò, & Concio-
natores populis hanc sàpè obligationem accuratè in-
sinuent. Denunciaturis autem legitimè impeditis, vel si mulieres fuerint, Vicarius Foraneus 4 denuncia-
tionem in scriptis recipiat, nec ad vteriora progre-
diatur. Sed indicto denuncianti silentio illam no-
bis clausam, & obsignatā fideliter subitò transmittat.

Parochi diligenter inquirant, an Ægyptiorum, seu Cingarorum fallax ac errabundum hominum genus Catholicae fidei veritatem profiteatur, 1 an statis tem-
poribus Ecclesiasticis Sacramentis se muniat, an præ-
ceptis Ecclesiae pareat. An ad sortilegia, ac diuinatio-
nes incumbat, atque elusoria vultus, manuumque inspectione simplices fideles decipiatur. Eos autem si culpa-

culpabiles inueniant, nobis subitò deferant.

Iudicibus, Assessoriis, ac Notarijs præcipimus, ac sub pæna excommunicationis latæ sententiæ iniungimus, ne ea, quæ sibi ad fidem pertinentia judicialiter innotescunt, cuiquam audeant aperire. 1 De silentio autem fideliter præstanto, in susceptione sui munera corporale in manibus nostris iuramentū exhibebunt, idemq; à Vicarijs Foraneis circa denunciationes per ipsos recipiendas obseruari mandamus.

Libri, atq; alia quælibet scripta, impressa, siue manuscripta, sortilegia, incantationes, magias, aut alia huiusmodi continentia, quæ penes inquisitos, aut alios quoscunque per Curiam fuerint deprehensa, 1 perfecta legitimè inquisitionis causa contra quoscunq; in Atrio 2 Cathedralis Ecclesiae comburantur, & talis combustionis 3 astus in actis adnotetur. Interim verò pendente iudicio penes Vicarium nostrum caute custodienda, & à nemine, nisi ab eis, ad quos pertinet, legenda deponentur.

In causis fidei acta omnia gratis conficiantur. 1 No-
tarios tamen pro eorum labore in describendis testium depositionibus ad fauorem Reorum iustum mere-
dem recipere non prohibemus. Exempla verò Pro-
cessuum ad supremum Sacrae Inquisitionis Tribunal transmittenda gratuitò concedantur.

Cum autem ab hæreticorum, suspectorumq; libris, & scriptis venenum mortiferum ad fidelium perni-
ciem sàpè emanarit, nemo audeat legere, aut penes se retinere cuiuscunq; generis libros in Indice Roma-
no prohibitos, nec extra Dioecesim imprimi facere
sub poenis in edicto S. Inquisitionis contentis.

Ideò ne quis prætextu ignorantiae huiusmodi li-
bros, aut scripta penes se fraudolenter retineat, qui-
libet in termino quindecim dierum à presentis Syno-
di publicatione decurrentorum, omnium, & quo-
rum-

1 c. gratuta. 5. & ve-
corumdem. de hæ-
ret. in 6. clement. 2:
5. porro. c. de hæ-
reticis;

1 Decret. s. Inqui-
sit. Romæ 26. Aug.
1608. sub Paulo V.
2 Bx Pontific. Da-
masc. in Symac. & in
Hormisd.

3 Synod. Calcedon.
act. 3. & 16. in fin.

1 Decret. s. Inqui-
sit. sub Clement. 5.
Dat Romæ 5. Ian-
uarij. 1601.

1 Die 18. Septemb.
1625. incip. san-
ctis. D. N.

rumcung; librorum, quos penes se habebit, Cathalogum Vicario nostro sub poenis arbitrio nostro incurris tradere teneatur. Librorum verò prohibitorum Indicem Archypresbyteri, & nostræ Diocesis Parochi apud se habeant, nec libros vñales, sive nostra, aut Vicarij generalis, seu foranei in Diocesi facultate exhiberi permittant. Si quis verò nouerit aliquem huiusmodi libros penes se retinere seu legere, statim sub excommunicationis poena certiores nos facere teneatur.

² Sess. 4. in decreto de editione libror. in fin. s. pxx tera c. viii. & re latum 37. diffin. c. hæres. 24 q. 3.

Nemo Sacrae Scripturæ verbis temerè abutatur, nec illa in assentationem, iocum, contumeliam, superstitionem, impietatem, seu profanos usus, sub poenis S. Conc. Trid. conuertat. Et vt detestabilis iste abusus penitus eradicetur, Parochi, & Concionatores de criminis huius enormitate populis insinuent sèpissimè.

Et quoniam purissimo Catholicæ fidei candori nihil magis aduersatur, quam in tèrribilis Diabolica disciplinæ artes incumbere, ideo Curati in sua Parochia diligenter, ac sedulò inquirant, an sortilegi, diuinatores, lamiæ, magi, striges, atque alia huiusmodi perditissimorum hominum genera reperiantur. Quos verò vel de his etiam suspectos deprehenderint, ad nos celeriter deferant Canonicis poenis puniendos.

Vanas insuper, superstitionasq. populi obseruationes, quas velut hæreticalis pestis contagia sensim Diabolus Simplicium fidelium animis infinuat, damnamus, ab omnibusq. vitari, ac respici districte mandamus. Ideo Parochi Saltem in Visitatione de his certiores nos facere teneantur. Concionatores verò de harum superstitionum leuitatibus, ac periculis po-

¹ S. Carolus pri. 2. pulum frequenter commonant.

De

⁹
De his, quæ omnes tenentur credere, & scire.

Cap. III.

In sacro sancto, & certo non errantis Catholicæ Romanæ Ecclesiæ iudicio quilibet cōquiescat, & in ijs omnibus, quæ ecclesia ipsa crediderit, sibi quoque credendi normam præscriptam certò sciat. Ideo omnes fideles etiam rudes in lege gratiæ post sufficientem Euangelij promulgationem tenentur explicitè scire articulos fidei ab ecclesia solemniter declaratos, seu Apostolorum Symbolum, quo Romana vtitur ecclesia, nec non Decalogi, ecclesiæque præcepta: quæ omnes ad discretæ cognitionis æratem prouectos sub mortali obligant peccato. item orationem Dominicam, Angelicamque salutationem. Illis, qui ista ignorant, vel addiscere negligunt, Ecclesiæ sacramenta, absolutionis videlicet & communionis, non ante quam hæc sufficienter fuerint edocti, ministrantur.

De fidei Rudimentis. Cap. IIII.

Plurimum ad comparanda Catholicæ fidei, Christianæque Reip. incrementa conductit, si pueri, quorum natura in malum prona est, à teneris usque annis in veræ Religionis doctrina erudiantur. Ideo Parochi Dominicis saltem, alijsque diebus festis pueros in suis Parochijs fidei rudimenta, cultum erga Deum, reverentiam erga parentes, & Christianam morū honestatem per se, & vel per alios à nobis approbando ad sac. Conc. Tridentini præscriptum diligenter edoceant, etiam si alijs ex legato aut testamento, vel alio quoquis modo hoc onus sit impositum. Patres verò, Compatres, ac præceptores idem sibi

B ipsi

Conc. forolulica. sub Carolo Pipino. cap. ne. art. fid. Cōc. magnan. sub Carolo Magno. cap. 48. s. Thom. 11. quest. 1. & 7. Conc. Luteranen. sub Martino. cap. 17.

¹ Gen. 6 prou. 36. c. omnis xix 11 q. r. c. principatus & seq. quest. 1. s. Leo. epist. 85.

² Sess. 24 cap. 4. do Reform. 3. cap. vi. quisque de Vit. & hon. cler.

ipfis iniunctum à nobis onus non ignorent.

Quod vt diligentius perficiatur, vbi fieri commode potest, doctrinæ Christianæ sodalitatem institui mandamus, quæ viris morum integritate, ac vita honestate probatis constare debet, qui in tam pio munere Parochos adiuuent¹, ac Indulgentias à fel. recor.
 1 Pio V. & Greg. XIII. Clem. VIII. & Greg. XV. cōcessas consequantur. Ut autem fidelium animi ad tam sanctum, ac salutare opus inflamentur, Parochus inter missiarum solemnia operis huius ueritatem, ae uberrimos Indulgentiarum fructus populis frequenter denunciet. Vbi autem huiusmodi sodalitas haberi non poterit, duo, aut tres deligantur idonei, qui pro Christiana pietate id muneric alacriter suscipiant, & pueros adolescentesq. ad Parochiam adducentes diligenter in semita pietatis instruant.

Principes, & magistratus in Domino enixè hor tamur, vt nulla sumptus habita ratione publicos ludimagiſtros in suis Iurisdictionibus conducant, quise non minus fidei, & vitæ, quam doctrinæ, & scientiæ laudibus commendatos exhibeant.

Ipsi verò non solum libros in præfatis Indicibus vetitos, & damnatos pueris non interpretentur, nec ab illis vllatenus legi patientur; verum etiam à quibusunque alijs turpia, siue obſcœna continentibus abstinere prorsus debeat. quotidiè verò sub finem lectionum procurent, vt pueri genibus flexis orationem Dominicalem, Salutationem Angelicam, & Symbolum fidei deuotè recitent. Adolescentium animos non solum in litterarum scientia, verum etiam in pietate religionis erudiant: Missarum sacrificio, cæterisq; diuinis officijs crebrò iubent interesse, & doctrinæ Christianæ libellum semel in hebdomada recitare compellant, atque vt ijdem semel saltē in mense conscientiam suam approbato Sacerdoti aperiant, & pro-

¹ Dat. Romæ 8. Iulij 1568.
 2 Indulg. 100 die rum in Conf. Gregorij 13. incip. viii. ueris 21. Octobris. 2572.

Conc. Trid. fess. 23. cap. 18. Leo X in Constitut. super reformat. Cur. Rom. ex Conc. Lateran.

¹ Concil. Lateran. sub Leone X. verf. & cum omniſ an no. 1515. fess. 9.
 2 Cōc. Trid. fess. 13. cap. 8. de Reform.

11
 pro viribus quærant. qui verò ad idoneam ætatem prouecti fuerint, sanctissimo Eucharistia sacramento muniantur.

Et vt pueri, puellæque ad Ecclesiam facilius conueniant, pulsabitur campana: longo temporis spatio in meridie: quibus congregatis, distinctis puerorum, puellarumq. sedibus Parochi, aut Magistri electi puerorum, puellarumq. sibi subiectarum Catalogum recognoscant. Quod si qui è pueris, aut Puellis scholas Doctrinæ Christianæ, seu Ecclesiæ ad hoc deputatas non frequentauerint: vel parentes, sive Domini, vt socordes, & inobedientes pueros aut puellas, famulos seu famulas mittere ad præfatas scholas neglexerint; illos Parochi nobis deferre non desinant, vt opportuno prouidere possumus remedio.

Et vt segnes in via iustitiae excitentur, nemo à Parochis ad iusciendum de sacro fonte infantem, matrimonium contrahendum, aut ad aliorum sacramentorum, vel Confraternitatis alicuius participationem admittatur, qui saluberrima Christianæ doctrinæ rudimenta ignoret.

De lectione sacra Scriptura. Cap V.

Nihil ad Christianæ religionis pietatem conservandam, aut propagandam magis pertinet, quam sacris lectionibus, prædicationibus, alijsque Spiritualibus alloquijs Catholicam fidem hominum auribus frequenter instillari. Hinc Sacrosancta Trid. Synodus, sanctissimè statuit, vt in Ecclesijs ab ea enumeratis prabenda Cathedralis, aut alterius Collegiate Ecclesiæ primum vacatura in Theologalem ad usum sacrae Scripturæ interpretadæ, Altera: verò Potentitalis pro Confessionibus audiendis, & à reseruatis casibus absoluendis fidelibus erigerentur. Quæ

¹ fess. 5. cap. 1. de Reform.

¹ Conc. Trid. fess. 24. cap. 8. de Refor.

B 2 de cœrcta.

¶ l. 5. cap. 1. de
Reform. cap. inter.
excerps & vnde præ-
cipimus de officiis or-
dinis. ex Conc. La-
teranen. sub Innoc.
vij. cap. X.

12
decreta non valentes non solum propter præbendarū,
verum etiam Beneficiorū tenuitatem executioni
demandare, Ideò decreto eiusdem Concilij 3 quoad
lectionē sacræ Scripturæ inhæretes hortamur superio-
res Regularium Conuentuum Ciuitatis, & Diœcesis
nostræ, vt in illis idoneum, ac approbatum lectorum
eligant, qui semel in hebdomada casus conscientiæ,
& sacram Scripturam legat, Congregationibusque
super hoc coram nobis faciendis in sacrificia, aut alibi
interueniat. Quo verò ad Pœnitentiarium cum fa-
cilitate absoluendi à casibus referuatis, in tabella de-
scriptum eligimus, & constituimus.

Lectioni verò sacræ Scripturæ, & casuū conscientiæ
omnes, & singulos sacerdotes, aliosque in sacris, mi-
noribusque ordinibus constitutos hortamur, vt inter-
ficiunt: qui semel in hebdomada conueniant, habeantq.
casuum conscientiæ Congregationem, in qua saltem
tres casus proponantur, & per quemlibet Parochum
discutiantur, & resolvantur. Si verò prædicti ad Con-
gregationem præfatam accedere neglexerint, & le-
gitimam excusationem non præmiserint, poenam
vnius aurei qualibet vice ipso facto incurvant. In ea-
dem verò Congregatione res ad euram animarum,
ad clericalis vitæ, morumq. honestatem, ad diuinum
cultum, ad scandalera eradicanda, ac tollenda. vita-
spectantes accuratè, ac maturè discutiant: vbi autem
remedium opportunum per eos afferri non poterit,
res tota ad nos, vel Vicarium nostrum generali-
feratur.

De Verbi Dei Prædicatione. Cap. VI.

1 N saluberrima diuini Verbi prædicatione muneris
nostri onus, & crediti nobis gregis securitatem
agnoscentes præcipimus, & mandamus, vt nemo
fiuè

13
fiuè Sæcularis, fiuè Regularis in hac nostra Diœcesi
sub quovis priuilegijs, aut exemptionis prætextu con-
cionatoris officium solis Pastoribus: commissum sine
nostra facultate, & approbatione audeat usurpare.
Verum quia per nos ipsos salutare hoc munus ubique
exequi non possumus, Presbyteri, & curam animarū
habentes diebus saltem Dominicis, alijsq; solemnio-
ribus, & festiis oves sibi demandatas pro sua, & earū
capacitate spiritualibus verbis pascant. Quadragesi-
mali tempore quotidiè populus diuino verbo pasca-
tur per Concionatores à nobis electos, & approbatos;
Clerici verò omnes cum biretis, & superpelliceis Con-
cionis sub pena arbitrio nostro incurrienda interficiunt.

Concionatores autem in ijs versentur, quæ utilia-
sunt ad salutem, non quæ inaniter oblectant ad sen-
sum. Idcirco Sacrosancta Dei Euangelia in Catholi-
ca veritate populis annunciantes vitia increpant, vir-
tutes commendant, poenas in scelerum vindictam li-
berè indicant, & præmia in pietatis recompensatio-
nem suauiter pollicentur: breuitatem, ac sermonis
facilitatem, animarumq. salutem sibi proponentes cō-
neruos dirigant, vt se pescatores hominum non tam
verbo, quam opere fructuosè profiteantur.

Questiōnum subtilitatem, quæ potius ad ingenij
ostentationem, quam ad animarum præsidia confe-
runt, cuitare studeant: errores, ac impia Hæretico-
rum dogmata non proponant, nisi ea postmodum
confutatione, ac redargutione aptè conuincere noue-
rint, ne rudis populus erroris inde, & scandali occasio-
nem nanciscatur. fabulosis, ac iocosis sermonibus
audientium animos ne occupent, sed suaui, ac seria
grauitate diuini Verbi præstantiam, ac maiestatem
conseruent.

Decreta nostra Synodalia, corruptosq; ac deprava-
tos populi mores à Parochis scire studeant. Vitia
gene.

1 c. Episcopus 88.
dit. c. inter cœ. 24.
deo ff. ord. Conc.
Trid. sess. 1. cap. 1.
de Reform. & sess.
24. c. 4. de Reform.

generaliter, præcipuè vero sortilegia, diuinationes, ac quascunque alias Diabolicas artes, Blasphemias, falsum iuramentum, murmurationesq. præsertim in ecclesiasticos detestentur, in nullum personarum statum tacitè, vel expressè inuehantur, sed in virtutum reprehensione, ac eradicatione desudantes à personarum offensione penitus abstineant.

¹ Atmili. in sum. in ver. Prædicat. sum. 6.

² Carolus de offic. Prædic. c. 16.

³ Conc. Trid. sess. 5. c. 4. Synod. magunt. c. 13. Synod. florent. de predicat.

⁴ Conc. Mediol. de Verb. Dei prædicat.

Dum concio habebitur, nullus sacerdos in ecclesia, aut aliquo sacello missæ sacrificium celebrare audeat sub poena suspensionis à diuinis. & nè Concionatores laboris sui fructu fructentur, si populus eorum Concionibus interesse neglexerit. Gubernatores, locorumq. omnium præsides in Domino hortamur, & obsecramus, vt tempore Concionis præcipuè diebus Quadragesimalib' curent, vt apothecæ claudâtur, otio. saq. turba è foro, plateis, atq; tabernis expellatur: ac de. mū vt diuinis officijs interficit, debitibus poenis cōpellant.

Diuinum autem verbum die, non noctu: enuncie-
tur præterquam in Passione Domini, quo tamen tem-
pore tot luminaria sint accensa, vt omnis scandalorū
occasio evitetur. Masculi verò à foeminis aliqua ta-
bella, vel tela separentur.

In eligendis atq. alendis Concionatoribus legitima consuetudo obseruetur. qui verò illorū electionem ad se pertinere prætendent, ante festum omnium Sanctorum Concionatoris nomen, eiusdemq. consensum nobis, seu Vicario nostro teneantur indicare, aliàs electio pro illa vice ad nos deuoluatur. Tales autem eligant, quales ad rem tanti ponderis requiruntur.

De Reliquijs, sacris imaginibus, ac veneratio- nibus Sanctorum. Cap. VII.

⁵ Conc. Trid. sess. 25. de inuoc. & ve-
ner.

NVllus insolitas: vel non sacras imagines, aut no-
ua miracula intra ecclesiam quantumuis exem-
ptam,

¹ c. cum ex eo de:
Reliq. & Ven. ssa.
Conc. Trid. sess. 15.
de inuoc. & Venet.
² c. corpora de cō-
fess. dist. 1. Conc.
Magunt. c. 5. t.

³ Conc. Mediol. 4.
de Sacr. Reliq.

⁴ c. altaris de Conf.
dilin. 1.

⁵ c. 1. & c. cum ex
eo de Reliq. & Ve-
net. Sanct. Concil.
Lateran. sub Innoc.
iii. cap. 6. 1.

ptam; seu alibi apponere, vel nouas admittere reliquias, nec antiquas de loco ad locum transferre, nec minus monumenta, in quibus asseruantur, ad solam etiam videndi curiositatem aperire sine nostra facultate, & approbatione præsumat.

Libellus distinctum Reliquiarum catalogum, instrumentorumq. mentionem, quibus earum veritas comprobatur, continens describatur, atq. in Archivio asseruetur. Index verò eorumdem in loco conspicuo affigatur, vt ab omnibus cōmodè legi possit. Reliquiæ verò in loco duabus clauibus munito fideliter custodiantr inclusæ, nec vllus vel quid minimum ab eis auferre audeat sub poena excommunicationis ipso facto incurrendæ.

In illis ostendendis plura lumina succédantur, thurificationes ac statutæ precum recitationes, aliquæ solemniæ, vt decet, ritus per Sacerdotem pluiali, ac ministros superpelliceis indutos honorifice, ac reverenter adhibeantur. Si verò publicè ad veneratiōnem exponi illas contigerit, duo saltem luminaria ex cera ardeant, & clericus superpellico amictus ad custodiā assistat; nec illæ ad infirmorum domos ab ecclesijs sine nostra facultate asportentur.

Parietes, in quibus Sacræ imagines vetustate corro-
sæ, aut aliter in deformitatē collapsæ cernuntur, deal-
bari mandamus. Si ligneæ fuerint, incendio tradan-
tur, cineresq. in sacrario deponantur. Si marmoreæ,
in effoso ecclesiæ paumento adeò recondantur, vt
deambulantium pedibus conculcatæ non inquinētur.

Ne quis verò in nouis configendis, atq. euulgans
miraculis: quæstus, aut inanis gloriæ captandæ
occasionem auarè, atq. ambitiosè nanciscatur, inter-
dicimus, ne quis fictitia huiusmodi commenta pro-
mulgare præsumat, nec in viuentes, vel defunctos
homines nondum Sanctorum Catalogo rite adscri-
ptos,

² Concil. Trid. sess. ptos, vel in eorum imagines miracula : referre audeat,
²⁵ de lauoc. Sacet. Tabellarum votuarum, aut cerearum, siue argenteorum imaginum appensionem, ac oblationem in accepti diuinitus beneficij memoriam ac gratiam omnino prohibentes. Sed si quid miraculosum, aut nouum contigerit, Parochi nobis deferant, vt adhibita Theologorum consultatione quid in re tam graui expedit, mature decernamus. Tabellæ verò, candelæ, figuræ cereæ, & argenteæ, aliaq; huiusmodi votua, sacræ imagini oblata propè eandem imaginem configantur, nec inde sine nostra licentia vllatenus amoueantur, aut distrahanter.

Sacro sanctam D. N. I. Christi passionem, sanctorumq. martyria, & actiones scenico apparatu exhiberi prohibemus: quod enim ad fideliū pietatē excitandam antiquitus institutum fuit, hodiernis temporibus in risum, offensiones, ac scandala depravati hominum mores facilè conuertunt.

De Indulgentijs. Cap. VIII.

NE indulgentiarum thesauris, qui è ditissimo sanctæ matris Ecclesiæ sinu effodiuntur, fideles abuti contingat, omnia & quæcunq; ecclesiistarum Capitula, Rectores, pitorum locorum Administratores, Confraternitatumq. seu Congregationum quarumcunq;. Præfeti intra quatuor menses à præsentis Synodi publicatione notam integrum, & fidelem omnium, & singularum Indulgenteriarum sibi ex Apostolica benignitate concessarum vnâ cum litteris, alijsq; desuper expeditis documentis ad Curiam nostram transmittant.

In posterum autem in Ecclesijs quantumuis priuilegiatis, & exemptis obtinenda non antea promulgentur quam litteras Apostolicas super illis expeditas,

ditas, (vt fraudibus obvietur) diligentie examine, ac testimonio nostro approbauerimus.

Curie verò nostræ Cancellarius Indulgenteriarum, quarumcunq; obtentarum notam vnâ cum circumstantijs ad earum consecrationem requisitis, & tempus, quo vigorem obtinebunt, gratis describere tenetur.

SESSIO SECUNDA.

De cultu diuino, & festorum obseruantia.

Cap. I.



D verum Dei opt. Max. cultum, qui in Sacramentorum frequentia, in diuinis laudibus, ac festorum dierum obseruantia maximè consistit, omnes allucere, animare, ac salutaribus documentis excitare cupientes, quæ sequuntur, statuenda decernimus.

Curent Parochi, vt dies festi ad celebrandas Dei, Sanctorumq. laudes potissimum instituti piè, ac religiosè colantur. Proindè omnes Christi fideles Missam integram diebus festis attente, & ac deuotè audiāt; Patresq. ac matres familias præsertim horramur, & obsecramus, vt his præcipue diebus Ecclesijs frequentent, Concionibus, sermonibus, Vesperis, ac alijs diuinis intersint officijs & seq. in pietatis operibus sedulò exerceant ea omnia, quæ peccati suggerunt materiam, accuratè fugientes; filios, ac seruos non modo non impediant, quo minus missæ sacrificio diebus festis intersint, verum eosdem compellant memores se non sui solum, sed & omnium sibi subditorum rationem omnipotentj Deo reddituros.

C

Quod

¹ c. Apostolica de Conf. dist. 1. cap. omnes, & c. missa ibid. Armil. in ver. festum nu. x.

² c. ieiunia de confecr. dist. 1.

18

Quod ut facilius præstari possit, nullus audeat, dum sacra fiunt, cauponas adire, commissationes, ebrietates, choreas, atq; alia huiusmodi spectacula sub poena scutorum X. locis pijs applicandorum exercere. diebus verò festis omnes ludos : tam tessera- rum quam alearum prohibemus.

1 c. denique dist. 4.
c. qui. die: de con-
fess. dist. 1. Conc.
Trid. fest. 25. de-
inuoc.

1 c. licet c. conque-
stus deserij.

2 Armill in Summ.
in ver. festum nu. 4.
13. 14. & 15. Ang.
in summ. in ver. fe-
stig. num. 13.
3 c. placita 25. q. 4.

1 c. pronunciandū
de Confec. dist. 13.
Conc. lugdun. c. 4.

*Qilibet à seruili, seu mecanico opere abstineat, etiam rurali. nihil emi, vendiuè possit, nisi quod aegro-
tis, vel diurno victui sit opus. 2 Res tamen venales
nec antè fores ecclesiæ, nec in Cœmeterijs exponan-
tur, aut vendantur sub poena quinque scutorum pijs
vñibus applicandorum. iudiciorum ; verò strepitus
omnino conquiescant.*

*Ad tollendum omnem ignorantia prætextum in-
ter missarum solemnia, Parochi festa, ac ieunia in sub-
sequentē hebdomadā incidentia populo annuncient.*

*Festa in nostra Diœcesi de præcepto, deuotione,
aut statuto obseruanda erunt infra scripta,
& quæ signata fuerint littera P. erunt de
Præcepto, que littera D. ex deuotione, quæ
littera S. statutaria. Cap. II.*

I A N V A R I V S.

- P. 1 **C**ircumcisio Domini.
P. 6 Epiphania Domini.
D. 17 S. Antonij Abbatis.
S. 20 S. Sebastiani.

F E B R V A R I V S.

- P. 2 **P**Verificatio B. M. Virginis.
D. 3 S. Blasij Episcopi, & Martyris. off. fit dup.
P. 24 S. Matthiæ Apostoli. Anno Bisextili 25.

M A R-

M A R T I V S.

- P. 19 S. Ioseph Confessoris.
P. 25 **I**Annunicatio B. M. Virginis.
A P R I L I S.

Gregorius XV.

- D. 23 S. G eorgij Martyris.
D. 25 S. Marci Euangelistæ.
M A I V S.
P. 1 SS. P hilippi, & Iacobi Apostolorum.
P. 3 Inuentio S. Crucis.
S. 20 S. Bernardini.

I V N I V S.

- P. 24 **N**atiuitas S. Io. Baptistæ.
P. 29 SS. Petri, & Pauli Apostolorum.
I V L I V S.
D. 2 V isitatio B. M. Virginis.
S. 16 V. B. Mariæ de Monte Carmelo.
P. 25 S. Iacobi Apostoli.
P. 26 S. Annæ.

Gregorius XV.

- A V G V S T V S.
S. 5 S. M ariae ad Niues.
D. 7 S. Alberti Cōfessoris. & offic. fit semid.
P. 10 S. Laurentij Martyris.
D. 12 S. Cratiliani Martyris. officium duplex.
P. 15 Assumptio B. M. Virginis.
D. 16 S. Rocchi.
P. 25 S. Bartholomæi Apostoli.
D. 29 Decollatio S. Ioannis Baptistæ.

S E P T E M B E R.

- P. 8 Natiuitas B. M. Virginis.
P. 16 **N**SS. Ioannis, & Martiani Patronorum.
huius Ciuitatis. seruetur per totam Diœ-
cesim.
S. 17 S. Cornelij.
P. 21 S. Matthiæ Apostoli.
P. 29 Dedicatio S. Michaelis Archangeli.

C 2 OCTO-

O C T O B E R :

S. 4 S. Francisci.

P. 28 SS. Simonis, & Iudeæ Apostolorum.

N O V E M B E R .

P. 1 O Mnum Sanctorum.

D. 4 S. Caroli.

P. 11 S. Martini Episcopi, & Confessoris.

P. 30 S. Andreæ Apostoli.

D E C E M B E R .

D 4 S. Barbaræ Virginis, & Martyris.

D. 8 B Conceptio B. M. Virginis.

D. 13 S. Luciaæ Virginis, & Martyris.

P. 21 S. Thomæ Apostoli.

P. 25 Nativitas D. N. I. Christi.

P. 26 S. Stephani Protomartyris.

P. 27 S. Ioannis Apostoli, & Euangelistæ.

P. 28 SS. Innocentium Mariyrum.

P. 31 S. Silvestri Papæ, & Confessoris.

F E S T A M O B I L I A .

P. D Ominicæ omnes totius anni.

P. Dies Paschæ Resurrectionis Domini cum duobus sequentibus.

P. Ascensio Domini.

P. Pentecostes cum duobus sequentibus.

P. Corpus Christi.

Per Diœcœsum seruentur prædicta festa de præcepto, & alia iuxta uniuscuiusq. Terræ statutum & devotionem.

De

21
De Ieiuniorum obseruantia. Cap. III.

CVm ieiuniorum suffragia ad peccatorum medlam Ecclesia salubriter instituerit, sciant cuncti post completum ætatis suæ annum vigesimum primum se ad illorum obseruantiam sub mortalis : peccati poena districte teneri. illi tamen, quos vrgens necessitas, ætatis imbecillitas, aut alia rationabilis causa ab hac eximit obligatione, Medici, & Confessoris iudicio, atq; obtenta à deputatis : in scriptis facultate legitime excusat. Ideò Medici, ac Chirurgi testimoniū ac fidem suam, nisi vbi vrgens, ac iusta necessitas adfuerit, non oīnibus passim concedant, iuxta formā inferius apponendam, ad virādam tamen scandalorum occasionem in publico à carnium comedione prorsus abstineant; sed proprie consilentes imbellitati secretō illas præparent, comedant, conteatque 3 per viam deferant.

Dies, in quibus ieiunia præcipiuntur.

Onnes dies quadragesimæ : Dominicis exceptis.

Quatuor anni tempora :

Nativitatis D. N. I. Christi.

Pentecostes.

Assumptionis B. M. Virginis.

Omnium S S.

Omnium Apostolorum excepta

vig : ss. Ioannis Iacobi, & Phi-

lippi.

S. Ioannis Baptiste.

S. Laurentij Martyris.

¹ c. ieiun. de Consec. dist. 5 Ang. in Summ. in ver. Ieiunium.

² cap quadragesima
³ c. ieiunia de Consec. dist. 5 c. con-
silium de obseruat. ieiun.

³ d. c. Consilium de obser. ieiun.

¹ Canon. Apost.
69. c. non oportet.

¹ planut. de Consec. dist. 3. c. qua-
dragesima de Consec. dist. 5.

² c. ieiunium cap.
constituumus. cum seq. q. 86 dist.

³ c. ex parte c. con-
silium de obserua-
ieiun. c. que fuit.
§ festum de Verb.
fig. n.

VIGILIA 3

Et

Et licet Vigilia S. Titularis propriæ Parochialis ecclesiae, vel Ciuitatis non sit ex præcepto, sed tantum ex devotione, Parochus tamen hortabitur, ut illam seruare, & celebrare velint parochiani.

Vigiliae, si in Diem Dominicum inciderint, ad præcedentem sabbati diem transferantur, sicuti etiam si Vigilia S. Ioannis Baptistæ in festum Corporis Christi inciderit, præcedenti die ieiunium celebretur.

4 c. sabbat. e. ieiunia de Consec. dist.
3. c. in sabbat. de Consec. dist. 4.
5 c. fin. de obseru. ieiuniu.

1 c. solent de Consec. dist. 1. S. Thom.
22. q. 147. art. 7.

Et ut ritè, decenterque ieiunia celebrentur, vnicū comeſtio fiat circa meridiem: Ideò iuxta temporum vicissitudines in Parochialibus ecclesijs hora, competenti campanæ sonitu congruum tempus demonstretur: prohibemusq; quibuscumq; tam Sæcularibus quam Regularibus, nè meridiem intempestiuaccelerantes ieiunantium animos decipient.

Et quoniā parum ieiunia suffragantur, si scelerum contagio mens polluta sordeſcat; ideò ieiuniorum temporib' fideles ab illicitis abstineant voluptatibus. nec à Dominica Palmarum vsque ad feriam tertiam post Pascha Meretricum, atq; inhonestarum mulierum domos ingredi audeant: idemq; à Nativitatis Domini Vigilia vsq; ad festum ss. Innocentium obseruari mandamus. qui contrauenerint, arbitrio nostro punientur.



De celebratione diuinorum officiorum, ipſorumq; ministris. Cap. IIII.

Ad diuini cultus obseruantiam, in qua potissimum nobis inuigilandum, mandamus, ut omnes, quicunq; dignitates, ac Canonicatus in ecclesia nostra Cathedrali obtinent, iuxta S. Concilij Tridentini decretum: diuinas laudes per singulas horas per se ipsos canendo ad Breuiarij ac Missalis nuper recogniti præscriptum in prefatæ Cathedralis ecclesiae, aliarumq; Collegiarum choro iuxta eorum antiquum usum reuerenter persoluant: in alijs verò ecclesijs Parochus, si commodè poterit, quotidie coram sanctissimo sacramento officium recitet.

Facto signo iuxta solitum morem omnes tam Sacerdotes, quam clerici conueniant, nulloq; modo ante fores ecclesiae conuenticula faciant, sed ecclesiam ingressi aqua lustrali se aspergant, ac deinde vtroque poplite flexi sanctissimo Eucharistiæ Sacramento reuerentiam exhibeant. Talari, tonsura, bireto, super pellicioq; induiti chorum modestè ingrediantur, colloquia, nugas, diuagationes, scripturarū, aut litterarum alienam à tanto loco lectionem, cachinnos, risus, & alia huiusmodi eliminent. è choro nisi ex rationabili causa licet reddituri non recedant nisi officio completo: Qui in his deliquerint, tanquā absentes punitur, & distributiones amittant: si in erroribus insinuerint, seueriores arbitrio nostro poenas experietur.

Qui post inchoatum officium ingreditur chorum; si Canonicus fuerit, primò Altari, deinde nobis, si ad fuerimus, profunda capitisi inclinatione reuerentiam exhibeat: coeteri verò genuflectant. si tamen adsit sacramentum, omnes nemine excepto genuflectere tenentur; deinde Chorum hinc inde decenter salutando

1. fest. 24. c. 12. de Reform. ver. omnes vero e. dolentes de celeb. miss.

S. Hiron. in cap. 44. ezech. S. Anacletus. epist. 1. c. dolentes. de celeb. miss.

c. licet. de Preb. & dignit. 1. olim. de Verb. signific. c. vnic de Cleric. non resid. Conc. Trid. fest. 24. cap. 12. de Reform.

24
do in locum suum conferat; instando verò, & sedendo singuli hebdomadarium sequantur.

Omnes ea, qua decet gravitate, attentione, ac devotione psallant, precesq. pauca decenti in medio versiculi Psalmorum interiecta modulantes pensum suæ seruitutis pœc, ac religiosè persoluant.

Chorus versiculum non incipiat prius quam alter chorus suum compleuerit, in fine Psalmorum cum dicitur Gloria Patri, vel in fine hymnorum quando laudantur personæ diuinæ, vel quando nomen D. N. I. Christi, vel B. M. Virginis profertur, omnes profundè se inclinent, caputq. detegant reueenter.

Dum diuina recitantur officia, circulatores, ac alij similes ab artis suæ exercitio abstineant, sub poenis arbitrio nostro infligēdis, Pilæ quoq. lusum, ac alia iusti modi, quibus strepitus excitātur, prohibemus.

Officia Regularium, aut ea, quæ in Breuiario, & Missali nuper recognito non habentur, iuxta decreta à nobis in Visitatione factum sæculares non recitent. nec minus alia ad libitum sub duplice ritu aut semiduplici. omnem verò, & quemcunq. aliud p̄textum, ac consuetudinem improbamus, etiam si altaria, vel reliquiae sancti, dummodo non sint insignes, ut capitis, Brachij &c. in illorum ecclesia reperiantur.

Officia verò infra scripta à Sacra Rituum Congregatione approbata per Diœcēsim nostram celebrentur.

20 Martij S. Ioachini Patris B. M. V. sub duplice ritu

26 Maij S. Philippi Nerij.

17 Septem. Stigmatum S. Francisci.

Angeli custodis prima die non impedita post

post festum dedic. B. Michaelis Archangeli.
25 Augusti S. Ludouici Confessoris sub ritu semi-duplici, &c.

6 Octobris S. Brunonis Confessoris.

7 Octobris S. Brigitæ Viduae.

4 Nouemb. S. Caroli.

Officium ss. Ioannis, & Martiani Ecclesiæ nostræ protectorum, quorum corpora sub altari maiori recondita asservantur, statuimus per totam Dioecesim, & per octauam etiam à Regularibus de communione Martyrum celebrari, donec à sacra Rituum Congregatione officium proprium approbetur.

Officium Consecrationis Ecclesiæ nostræ Cathedralis, quæ cedit in diem 20. Decemb. & per octauam, quoniam officium temporis impedit, ex p̄fata Rituum Congregationis auctoritate in vigesimum octauum Mensis Ianuarij diem transferimus.

t. mart. 1615.

Officium pariter S. Famiani Confessoris, cuius festū cedit in 8. Augusti, & cuius corpus in ecclesia Gallesij asservatur, sub duplice ritu per Ciuitatem, & Dioecesim nostram celebrati mandamus.

Missa Conuentualis in duplicibus, & semiduplicibus cantetur post tertiam, in simplicibus post sextâ, in ferialibus verò post Nonam.

Reb. miss.

De moderatione chori. Cap. V.

NE incepto officio in inueniendis psalmis, & Antiphonis scandalosè tempus conteratur, antequam officia inchoentur, chori Moderator, quæ in officio illius diei recitanda, aut cantanda erunt, inueniat, p̄paret, ac diligenter disponat.

Illos, qui Epistolam, Euangelium, Prophetias, ac lectiones cantaturi, lecturiè erunt, examinet: neque ad hoc munus inhabiles admittat, sed eos tantummodo,

D modo,

modo, quos experientia idoneos rep̄erit.

Magister cæmoniarum quolibet die Sabbathi tabellam in choro, aut Sacrificia apponat, in qua Canonorum, & hebdomadiorum nomina describat, qui officium ordinare, Missam celebrare, Epistolam, aut Euangelium canere per totam hebdomadam tenentur, ut quilibet de proprio munere certus reddatur.

Si illi, quibus Missam canendi, officium è ordinandi incumbet onus, sine iusta causa per nos, vel Vicarium nostrum approbanda à proprio munere defecerint, trium iuliorum pro qualibet vice poenam luant, & subsequens in ordine suppleat.

Qui verò omnibus horis non intersunt, in distributionibus per punctatorem multentur, & punctentur iuxta formam præscriptam in cap. de Punctatoribus.

De Hebdomadario. Cap. VI.

Hebdomadarius chorū primus ingrediatur, & facto signo horarū recitationē incipiat. Si legitimè fuerit impeditus, alium substituat. Si verò in hoc defecerit; punctetur, & subsequens in ordine suppleat.

Cærem. Episc. lib. 2. cap. 3. Hebdomadarius primam antiphonam, capitulum, principium hymni, antiphonam ad Magnificat, Benedictus, & Preces, si dicendæ sint, ac orationes in choro nō memoriter, sed per librum recitare tenetur.

Missam maiorem cantabit, Altare ad Magnificat, & Benedictus incensabit, si solemniter celebretur Matutinum, quæ omnia ad præscriptum Missalis, & Cæmonialis perficiantur.

Nunquam diuinorum officiorum recitatio inchoetur, nisi quinq. vnā cum hebdomadario ad minus intersint; si secus fiat quilibet poenam vnius libræ ceræ Sacrificiæ applicandæ incurrat.

De

De moao thurificandi. Cap. VII.

In thurificationibus Cæmonialis Episcoporum præscriptum ad vnguem obseruetur, videlicet Altare vbi solemniter celebratur, si sanctissimum ad sit Sacramentum, incensetur debit⁹ genuflexionibus triplici dūctu: si Crux adsit, profunda capit⁹ inclinatione triplici pariter ductu, si sanctorum adsit in medio positæ reliquiæ, dupli: si à lateribus, à cornu Euangeli⁹, & Epistolæ, dupli similiter; & deinde continuando, siue plura, siue pauciora fuerint candela bra tribus triplici dūctu æquali distantia incensentur. Idem verò à cornu Euangeli⁹ obseruetur, quæ nobis tamen solemniter celebrantibus septem, alijs in solemnioribus sex, in Dominicis duplicibus minoribus, & semiduplicib⁹ quattuor, in simplicibus autem, & ferialibus duo esse debeat.

Alia verò in præfato Cæmoniali contenta ad amissim perficiantur.

Deinde incensetur celebrans, & nos, si adsuerimus triplici dūctu. Vicarius noster generalis, & Canonic⁹ dupli, alij verò vnic⁹ dūctu.

Potestates, Gubernatores, Conseruatores, seu Priors Communitatum, & Domini festorum dupli tantummodo dūctu thurificantur, cæteri verò omnes à thurificantे in medio chori stante triplici dūctu à latere Euangeli⁹, & Epistolæ vnā cum populo incensentur. Thurificant neminem sedentem, dormientem, vel genuflexentem, sed stantem, & capit⁹ inclinatione respondentem thurificant.

Pax ecclesiasticis ad osculum, laicis verò cum instrumento pacis exhibeatur. Qui pacem defert, aut Euangelium Episcopo, vel celebranti deosculandum, non ante sed post reverentiam faciat.

Ab hac tamen incensandi ratione excipimus Præla-

D 2 tos,

Cærem. Episc. lib. 2. cap. 45.

eos, aliosq. viros magnates, cum quibus iuxta eorum qualitatem arbitrio nostro agendum erit.

Præfata omnia, ut supra, obseruari mandamus, ut inueterati, prauiq. abusus extirpentur. Qui contra uenerit, si in sacris fuerit constitutus, à diuinis ipso facto suspendatur: alij verò carceris, & pecuniarijs etiam poenis arbitrio nostro puniantur.

Decantore, & subcantore. Cap. VIII.

a. 1. 15 dist. vers.
ad psalmum.

Cantoris officium est præsidere in choro non modo ad cantus, verum etiam ad omnium, quæ in choro dicenda erunt, administrationem: silentium, & pausatam in medio versiculi indicabit. ad ipsum quoque pertinet curare, ut officium solemniter recitetur: psalmos intonabit, tonumque obseruabit: ipsumq. omnes semper in cantu, & tono sequantur præcedentem.

In duplicibus autem, Magnificat, & Benedictus in solemniori tono, vel duplicato cantari diligenter curabit.

Ad eundem spectat ad lectorile accedere, & quæ sunt canenda ostendere, antiphonas, & lectiones secundum usum, & consuetudinem in festis primæ, & secundæ classis inter Canonicos tantum, in alijs vero festis, & ferijs inter alijs inferiores distribuere, & ordinare.

Nemo illius officium perturbare audeat: sed contraria inobedientes per Vicarium, & alios, ad quos ex officio pertinet, dicti agatur.

Si officium proprium recte non adimpleuerit, modestæ subiaceat correctioni. Subcantor in absentia cantoris illius vices gerat, cique omnes parere tenentur.

De

De punctatoribus. Cap. IX.

NE qua in parte diuinus cultus minuatur, sed ei debitum in omnibus rebus obsequium præstetur; ad negligentium, ac torpentium in seruitio Dei animos excitandos Punctatores à Capitulo eligantur, vel quilibet ex Canonis scruata gradus, & dignitatis prærogativa ad hoc munus pro quolibet mense destinatus intelligatur in gyrum præstito tam prius in manibus, Vicarij nostri generalis iuramento de hoc munere diligenter, ac fideliter nulla personarum habita exceptione administrando.

Qui punctatores semper assistant, nec per aliorum relationem tam absentes, quam delinquentes in choro, vel in Sacrificia colloquentes punctare valeant, in quibus omnibus corum conscientiam oneramus.

Modus puctandi erit. Qui ad matutinum ante finem Psalmi Venite exultemus non venerit, bononenum unum amittat. Pro horis prima, tertia, sexta, & nona, bononenum unum ante finem hymni, & in completorio ante Conuerte. Qui verò Missæ cantatæ ante ultimum Kyrie eleison non adfuerit, bononenum unum, & ad Vesperas ante finem primi Psalmi bononenum unum: quæ portio ijs, qui intersunt, acrescat ipsosq. monemus, si malitiosè absuerint, tutæ conscientia distributiones pro rata eorum non futuras.

De Magistro Ceremoniarum. Cap. X.

IN nostra Cathedrali, &c in qualibet Collegiata Ceremoniarum Magister à Capitulo eligatur, qui summoperè inuigiler, ut in omnibus ordo obserueretur, confusio evitetur, diuina officia iuxta eorum Bubri-

extrem. Episc. libi
primo cap. 5.

cas.

cas ritè celebrentur, laudabilesq; seruentur consuetudines; in suo autem munere obeundo cautè, ac prudenter secundum personarum qualitatem modestè, ac reverenter se gerat.

Præmoneat, instruatq; quos opus fuerit, & præsertim si qua occurrant celebranda officia, quæ non ità frequenter solent euenire, veluti si solemniori vñu, ac apparatu supplicationes faciendæ, aliaq; huiusmodi accidant; quo casu exhibitis etiam schedulis obseruantidos adnotabit ritus, & cæmonias.

Decreta verò de Diuinorum officiorum celebratio-
ne, de Thurificando, pacem dando, aliaq; in Cæ-
moniali Romano præscripta obseruari faciat.

Illi omnes circà eius officium parere omnino te-
neantur. alijs ad nos, vel Vicarium nostrum genera-
lem inobedientes pro modo culpæ deferat puniēdos.

De officio sacrif. maioris. Cap. XI.

Cerem. Episcop.
lib. I. cap. 6.

Pro recta Ecclesiarum cura Cæmonialis Episco-
porum dispositioni inhærentes mandamus, vt in
nostra Cathedrali, alijsque collegiatis ecclesijs, sub
poenis arbitrio nostro vñus eligatur, qui in Sacerdo-
tali ordine sit constitutus; cuius erit munus para-
menta sacra, vasa, libros, cereos, ornamenta, instru-
mentaque vñibus ecclesia, ac altarium destinata vñà
cum reliqua supellestili Ecclesiastica integrè, ac
mundè conseruare. ad ea verò præsertim, quæ sacræ
Eucharistiae cultum, atq; honorem respiciunt, dili-
gentius animum conuertat, illius autem officium an-
nuale sit.

De officio Parochi. Cap. XII.

Parochi, & Curati sunt partes præ cæteris in Vi-
nea Domini inuigilare, laborare, ac desudare.
Qua

Quapropter in suis Parochijs assiduè commoren-
tur, atque ab ijs rarissimè discedant, nec eis vnquam
liceat etiam ex necessaria causa extra Parochiam per-
noctare, nisi idoneum, atque approbatum substitu-
tum ibidem reliquerint. Quòd si illis necessè fuerit
per breue temporis spatium abesse, non ante à com-
missi sibi gregis custodia discedant, quam à Vicario
nostro foraneo licentiam obtinuerint. Maius verò
temporis spatium à nobis, vel Vicario nostro gene-
rali impetrauerint. Quòd si prædictis parere negle-
xerint, sciant non solum mortali se irretitos peccato,
ac pro temporis rata fructus suos non facere; verum
etiam à nobis grauiter pecuniarijs etiam poenis, ac
alijs arbitrio nostro puniendos.

Idem etiam statuimus de Canonicis, alijsque be-
neficia, seu præbendas personalem residentiam requi-
rentia habitibus, qui teneantur ea omnia, quæ à S.
C. Trid. circà residentiā sancta sunt, inuiolabiliter
obseruare, quia sà pè euenit, vt pro maiori parte di-
scendant, Ecclesiæque suis indecenter fraudentur ob-
sequijs.

Parochus animarum sibi subiectarum, personarum,
familiarumq; suæ Parochiæ numerū, & qualitatem
in libro describat: in alijs verò libris distinctis Bapti-
zatorum, Confirmatorum, mortuorumque, nec non
coniugatorum nomina iuxta formam à Rituali Ro-
mano traditam adnotabit.

Populum ad Confessionis, ac Communionis fre-
quentiam præsertim in solemnioribus festis, vt Nati-
uitatis Domini, Pentecostes, ac alijs hortetur, atq;
inflammare studeat. Diebus verò Dominicis, alijsq;
festis saltem ante Missam, Parochiale vel Colle-
giatam, dum populi ad diuina confluunt, in Confes-
sionali per horam resideat ad fideles inuitandos ad
peccatorum Confessionem.

Paupe

c. fin. de Refor. in
6.

Seff. 6. c. 1. de Re-
form.

Conc. Trid. seff. 24.
c. de Refor. &c. 2.

Pauperes, & ægrotos suæ Parochiæ sèpius visitent, eosque non solum verbis, verum etiam ope, ac eleemosyna subleuare lètentur. infirmos præcipue in ultimo agone constitutos, licet Sacraenta Ecclesiæ receperint, nunquā derelinquant, nec alios per vices substituant sub pénis arbitrio nostro.

Caveant autem ne in Sacramentorum administratione quidquam exigant, aut etiam Verbis directè, vel indirectè petant; hortamur tamen laicos, ut solitam eleemosynam eis tribuant. cæremonias ex morte S. R. E. adhibeant. si non pluiale, saltem superpelliceū, & stolā omnino induant, & diligentia in suo inuincere adhibeant in omnibus, quæ ad suum pertinent officium. non commendationem, non plausum, non temporalia commoda, sed popolorū, qui ipsorum fidei, ac custodiae demandantur, incolumentatem querant, & salutem.

Festa quolibet die Dominicō, quæ incipiunt à media nocte dici præcedentis, & terminantur ad medianam noctem sequentis, sicuti & ieiunia indicant; atq; in tabella in publico appensa describant: Omnes vero ad Missam in sua Parochia audiendam hortentur diebus festis, ut quilibet dies festios, matrimonia contrahenda, excommunicationes, edicta episcopalia, & similia, quæ præfatis diebus per Parochum enuncianda sunt, possit intelligere.

In Communionibus Generalibus adjutorem habent, qui ipsis in communione ministranda, & audienda confessione auxilium ferant.

Ægrotante Parocco Vicarius noster foraneus, vel senior eiusdem Terræ Sacerdos, aut vicinior Parochus statim ac de infirmitate cognitionem habuerit, illuc se conferat Sacramentorum suffragia infirmo ministraturus, illiusq; vices in exercenda cura supplet.

Sequuta

Secuta autem morte, adhibito Notario, vel alio scribente, coram testibus rerum omnium ad ecclesiam pertinentium inuentarium successori assignandum conficiat; nosque de ægroti periculo certiores facere teneatur, idemque etiam in alijs Beneficiatis obseruari mandamus sub pénis arbitrio nostro.

Parochi, & Curati in ædibus Parochialibus assiduò iuxta fel. rec. Pij. V. constitutionem resideant, nulliq; in Parochiali munere desint. Qui vero Parochiale domicilium non habent, Domum quam proximam Ecclesiæ conduceant, idemq; etiam ab adiutoribus praestetur.

Missam non solum festis diebus, verum etiam aliis, præsertim ieiuniorum adeò frequenter in sua Parochiali Ecclesia celebrare procurent, vt muneri suo, & animarum saluti commodè satisfaciant.

Caveant, nè aliquem parvulum sine Baptismo infantem, aut adultum sine Poenitentiæ Sacramento, Sacro Viatico, extrema vñctione, aut etiam animæ commendatione, & solitis precum suffragijs ab hac vita emigrare negligenter, ac culpabiliter permittant. Ideò in infirmorum visitatione, curaque Spirituali omnem diligentiam, ac sedulitatem adhibeant; Quod si ista propter ipsorum culpmam, aut negligentiam euenire contigerit, sciant se non modo grauisimas nobis pœnas datus, verum etiam omnipotenti Deo muneris sui negligenter cum maximo animalium damno, ac periculo administrati exactissimam rationem reddituros.

Et quia sine ministro Parochus nequit Missam celebrare, Sacraenta administrare, & alia munia peragere, statuimus, vt vbi non adest Clericus pro tali servitio præstanto, nec aliquo modo suppetunt facultates pro constituendo sibi competenti salario, à Communitate loci prouideatur, qui in habitu, &

E tonfura

ostano Idus Iuliij
1568.

Conc. Trid. less.

Synod. magunt. c.
34. Conc. Colut.
de Admin. Sacram.
cap. 49.

tonsurā incedat, & cum cotta inseruiat, & ubi clerus est numerosus, plures constituantur.

Benedictio ouorum, & aliarum rerum Comestibiliū die Paschatis fiat à deputando à Domino Archipresbitero, vel Parocho respectiuè, & diuidatur collectum inter quos, prout de consuetudine; & fiat in aliqua parte remota Ecclesiae, & mensa adhoc præparata, non autem in sacristia.

SESSIO TERTIA.

De obseruandis in Sacramentorum administratione. Cap. I.

1 c. talis. 25. dī. 0.



Vm nefas sit pura ab impuris tractari, & sancta ministrati ab indignis, omnes sacrosancta ministraturi Sacra menta in primis studeat vita moribusq. se redere irreprehensibiles & ab omni erga subditos offensione penitus abstineant, conscientiamq. omni & quoconque lethalis culpe contagiō saltem per contritionem, si deficiat confessarius, habere procurent emundatam. In ipso ministracionis actu habeant intentionem actualem, vel saltem virtualem, ac firmam faciendi id, quod præstat Ecclesia. Pro singulorum Sacramentorum vñ, ac ministracione proprias, & destinatas materias præparent, non solum in rerum substantia solliciti, verum etiam in perfectiori materiarum qualitate diligentes, ut scilicet sint mundæ, nitidæ, & ex optimis, quæ possint haberi.

Caveant autem, ne in administrandis sacramentis præscriptas formas excedant, aut immutent; nec alia verba, quam propria singulorum in Rituali Romano per

per fel. record. Paulum V. edito expressa, adhibeant, quæ memoriz mandare studeant, vt illa facilius, atq. aptius cum Sacramentorum administratione coniungant. præfatum verò Ritualē administratores omnes habere teneantur. Sacerdotum omnium singulare munus erit Sacramentorum Virtutes, vñsum, præstantiam, & effectum pro suscipientium captu lingua vernacula explicare, quo maiori reuerentia, & animi pietate populus ad illa suscipienda possit excitari. Sacerdos verò ministrans non solum talari veste, sed superpelliceo induitus sit, & orario, seu stola humeris superimposita. Baptismatis, Pœnitentia, Eucharistia & matrimonij Sacra menta in Ecclesia præterquā in casu urgentissimæ necessitatis ministrentur sub gravissimis poenis arbitrio nostro incurrendis.

Parochi libros quinq. habeant, in primo Baptizatorū, in secundo Confirmatorū, in tertio matrimonia contrahentium, in quart. Defunctorū, in quinto deniq. omnium in sua Parochia degentium nomina distingue teneantur describere; & post octauam Paschatis Resurrectionis omnium in Parochia existentium non communicatorum nomina, cognomina, sexum, & ætatem Cathalogum continentem ad nos quamprimum transmittant. Ipsi autem Codices apud Parochos semper assententur, & moriente Parocho successori, seu ceconomō interim ad curam animarum deputato per hæredes defuncti sub poena excommunicationis intra terminum 15. dictum consignentur.

De Sacramento Baptismi. Cap. II.

Sacerdos Baptizatus, quam actionem susceptus sit, secum ipse reputet, diuinæque gratiæ ad præstantissimum illud opus assistentiam à supremo rerum conditore Deo reuerenter deprecetur. In hoc

E 2 verò

Concil. Trid. ibid.
c. 13. c. que ipsiis.
38. dist.

Conc. Trid. sess. 14.
de Reform. c. 7.

1 c. nostrates. c. si
quis diuinis 30 q. 5
Clem. 1. de Baptif.
Conc. Trid. sess. 14
c. 1. de reformac.
matrim.

1 Conc. Trid. sess.
24. c. 1. de Reform.

1 Conc. Trid. sess. 13. c. 7. de Reform.
c. quotidie c. fe-
retilate cap. panem
de Confec. dist. 1.
3 cap. placuit cap.
quicquid. cap. qui
studer. clementiae,
c. gratia 1. q. 2.

4. e. vestimenta de
confec. dist. 3.
Conc. Trid. sess. 7.
de Sacram. c. 11.

Conc. Trid. sess. 7.
c. 13.

verò ministrando Sacramēto stola violacea, & deindē alba ad formam Ritualis Romani vtatur.

Et antequam Parvulum baptizet, intelligat, an prius domi fuerit baptizatus, & an debita fuerit seruata forma. quos autem verè domi baptizatos esse compererit, iterum non baptizet, sed Cathechismum, Preces, ac Cæmonias tantum omissas adhibeat. quod si rei veritate diligentissimè exquisita dubium sit, an fuerit infans baptizatus, tunc illum conditionaliter baptizet his verbis: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti. Amen. idemque seruetur, si infans in nemore inueniatur sive testimonio, aut litteris eum baptizatum afferentibus.

Forma baptizandi solita, quæ est (ego te baptizo in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti. Amen) ab omnibus indistincte, & inuiolabiliter obseretur. Eadem sola forma instituantur etiam obstetrics, quamlibet autem alias formam, vt ego te baptizo per Patrem &c. damnamus, & improbamus.

Comptares moneat, vt scemotis omnibus nugis pīe, religiosèq. quod agatur, attendant, intelligentq. Christo filios spiritualiter generari, seque pro suo susceptionis officio eos Catholica fide, & probatis teneri moribus instituere, si in hoc præstanto negligentes parentes fuerint.

Ideò antequam admittat aliquem ad suscipiendum de sacro fonte infantem, Parochus exhibito vulgari idiomate curerit, vt susceptor plenè intelligat, quid cum Deo paciscatur: quæ spiritualis nascatur cognitio inter, & baptizatum eum, illiusque Patrem, ac Matrem: nec non inter Baptizantem, & Baptizatum, baptizatique Patrem, ac matrem tantum, & hanc cognationem non diffundi, ve extendi ad vxorem, si vir suscipiat, neq. contrà; præfatamq. spiritualem cognitio-

cognitionem tanti esse momenti, vt matrimonium contrahendum impedit, contractumque dirimat. Hæreticos, excommunicatos, interdictos aut eo anno in tempore Paschalis Sacra Communione non refectos, nec non prima fide ignorantes rudimenta aut infames, seu publicè criminosos ad sacrū adèò munus admittere non audeat; idemque volumus obseruari in Clericis sacris ordinib' initatis, alijsq. Religiosis regularibus, sanctimonialibus, ipsiusque baptizandi partibus.

Plures Compatres iuxta præscriptum S. C. Trident. d. fess. 24. c. 2. de non admittat, sed vel marem, vel foeminam, aut marem ac foeminam tantum.

Et quamvis Baptizandi munus ad Parochum solum pertineat, in cuius tamen vita infantis periculo sciant omnes id sibi licere, seruata tamen eadem semper forma ac gradus præminentia ita videlicet, vt: clericus laicus, masculus foeminae in hoc Sacramento ministrando præferatur.

Obstetrics in Diœcesi à Vicario Foraneo, in Civitate à Vicario nostro generali prius approbentur. alias à sui muneri exercitio prorius abstineant sub pennis arbitrio nostro incurrentis.

In nominibus imponendis Parochus enixè hortetur Parentes, ne nomina obscena, fabulosa, ridicula, vel gentilitatem redolentia filii imponant; sed solummodo ea, quæ Christianæ pietati conueniunt, vt sunt nomina Sanctorum. facile enim euénit, vt nominis similitudo ad Virtutes, ac pietatem imitandam alliciat, & Sanctum, quem in nomine imitantur, ad animæ salutem aduocatum obtineant.

Post baptismi coliationem Parochus Parentes, leuantes, siue nutrices moneat, ne propter periculū infocationis, quod in nostra Diœcesi propter humanā negligentiam frequens esse solet, audeant sub excom-

C. p. 5 licer. cum fess.
de confec. dill. 4.

d. fess. 24. c. 2. de
Reformat.

dill. 4. de Confec.
pro tot. clem. vnic.
de Baptism.

municationis poena infantes ante expletum ætatis annum secum in eodem lecto retinere. Quod si casus euenerit, non antea sepulturæ cadaver tradatur, quam per Vicarium, & Cancellarium nostrum visitetur.

Deinde Parochus statim baptizati, nec non Compatrum nomen, & cognomen in libro ad hoc destinato, ut supra mandauimus, describat. Pueras hortetur, ut cum primum domo egrediuntur, ad Ecclesiam se conferant Deo gratias acturæ, ac salutarem benedictionem suscepturnæ.

Aqua baptismi quotannis Sabbato Sancto, ac Pentecostes solemnî ritu benedicta seruetur in vasis æneis, seu marmoreis in loco conspicuo intra opertorium ligneum benè clausum, sera, claviue munitum, vna cum vasculis argenteis, aut saltem stamneis, in quibus Sacrum Chrisma, oleumq. Cathecumenorum afferuetur, sub pennis arbitrio nostro infligendis. quod si aqua baptismalis fuerit corrupta, aut defecerit; alia iuxta formam Ritualis benedicatur.

Hoc sacrosanctum Sacramentum non in aulis, cubiculis, aut alijs priuatis domibus, sed in Ecclesia solummodo baptismali conferatur: nisi tamen imminens vita discernere contrarium necessariò suaderet. ut verò occurratur periculis, quæ facilè possunt euenire, si Sacramenti huius collatio in longum differatur: Mandamus vt infans in propria Parochiali Ecclesia, intra ostioides ad summum baptizetur. Si verò domi Baptismū receperit, pariter intra eundem terminum ad Ecclesiam deferatur, ut suppleantur alij ritus omitti.

Parochus Cathecumenos iam adultos ad Sacrum Baptismi fontem non antea recipiat, quam præteriorum peccatorum egerint salutarem pœnitentiam, contritionem habuerint, in Catholicæ fidei rudimentis fuerint instructi, & nostra prævio diligiensi examine facultas accedat.

De

c. omnis. c. agunt.
& seq. q. de Cölec.
dist. 4.

De Sacramento Confirmationis. Cap. III.

CVM contigerit in Diœcesi nostra hoc Sæcundum Confirmationis Sacramentum administrari, opportune doceant Parochi populum, quam necessariū sit fidelibus hoc Sacramentū; cuius nobilitas ex Apostolica conferentis dignitate optimè dignoscitur. etenim præterquam quod cōmunem habet cum cæteris Sacramentis inuisibilis gratiæ visibilem formam, in eo specialis spiritus Sancti gratia cordibus nostris mirè infunditur, & augetur; illiusque potentissimis nos muniti præsidij aduersus Diabolicas contentiones tanquam signati Christi milites confirmamur, & ad pugnam roboramur. Ideò studeant Parochi, vt debitam erga hoc Sacramentum excitent in populo venerationem, ut ea, qua decet religione, ac puritate sumatur.

Quare in Ecclesia Parochi opportunè tempus duncient, quo Sacrum Chrisma erit ministrandum.

Confirmandi eam debent attingere ætatem, vt usū rationis fuerint asscuti. adulti peccata ante huius Sacrameti susceptionem confiteantur, vel saltem sint contriti cum proposito quamprimum confitendi. qui debet confirmari, orationem Dominicam, atque Angelicam salutationē, ac Symbolum Apostolicum ac Decalogi præcepta sciat. item verò confirmatus non potest sine Sacilegio confirmari, excommunicatus pariter, interdictus, seu ex notorio crimine disfamatus ab hoc Sacramento abstinere debet.

Confirmandum suscipiens debet esse Confirmatus, ac in fidei Rudimentis decenter instructus, armaque tenetur depouere: Excommunicatus, aut enormi, publicoqe crimine notatus ab hoc susceptionis officio arceatur.

Masculus

t. c. 2 de Confec.
dist. 5.

t. cap. vt ieun. de
Confec. dist. 5.

c. de his. c. manus.
de Confec. dist. 5.
Concil. Trid. less.
7. can. 3. de Confir.

Nec Masculus foeminas, nec è conuerso foemina
masculos suscipiat nisi ex necessitate, & dispēlatione
nostra, aut Vicarij nostri. nullus verò vno, eodemq.
die nisi vnum, aut alterum præsentet confirmandum.

Infantes confirmandi à Patrinis, ut vulgo dicitur, in
brachio dextero teneantur, adulti verò ponant dexterū
pedem super dextero quoque pede Patri-
ni. Sciant verò omnes in hoc Sacramento contrahi
cognitionem spiritualem, sicut in baptismate: ideo
vnicus compater admittatur.

¹ Conc. Trid. sess.
² & c. 3. canon putes
de Confec. dist. 4.
² c. altaris palli. de
Confec. dist. 2.

Confirmatorum frontes post unctionem statim re-
tē abstergantur per Sacerdotes bombice, vel linteolo,
quod postea comburatur, & cineres in sacrario re-
ponantur. confirmati non antea ab ecclesia discedant,
quam Episcopalem benedictionem suscepérint.

Confirmatorum nomina in libro ad id destinato
vnā cum patrini suscipientis, ac Episcopi confirman-
tis nomine describantur.

Parochus nullos ram alienæ iurisdictioni, quā no-
stræ subiectos, nisi exhibita nobis, atque exarata fa-
cilitate obtenta, admittat: quemadmodum manda-
mus, ut nullus nostræ iurisdictioni suppositus audeat
ab externo Episcopo Apostolicæ manus imposi-
tionem accipere.

De Sacramento Pœnitentia. Cap. IIII.

Grauissimum pœnitentiae Sacrameti munus ido-
neis ac dignis solūmodo Sacerdotibus committatur, ne ministrorū ignorantia pœnitentes potius ad
perditionem, quam salutem adducat.

Nullus præter Curatos, siue Secularis, siue Regula-
ris Sacerdos ad Confessiones audiendas admittatur,
nisi prius ab examinatoribus, ac Vicario nostro in ex-
amine fuerit approbatus, facultatemque in scriptis
gratuito

41
gratuitō concedendam, obtainuerit; & qui in præsen-
tem usque diem exercuerunt, non nisi prævio exami-
ne, & noua obtenta licentia sacrostanti huius mune-
ris sequantur ministerium, alias seuerissimis poenis
arbitrio nostro declarandis, atq. infligendis punien-
tur. Pro hoc verò examine quemlibet primum Ve-
neris diem cuiuscumq. Mensis deputamus.

Omnes, & quascumque antea concessas facultates
absoluendi à casibus nobis reseruatis reuocamus.

Ne verò quis per ignorantiam absoluat à casibus,
à quibus nequit absoluere, præcipimus omnibus, &
quibuscumque tam Curatis, quamaliis ad audiendas
Confessiones deputatis, ut in sedibus Confessionali-
bus affixam habeant non solum Bullam Coenæ Do-
mini, verum etiam notam casuum nobis Reseruato-
rum, qui sunt infrà scripti.

CASVS RESERVATI.

- 1 Blasphemia hæreticalis.
- 2 Adoratio Dæmonis, & inuocatio eius expressa, maleficium, & quælibet supersticio, quæ fit cum abusu Sacramentorum vel Sacramentalium.
- 3 Homicidium voluntarium non solum quoad com-
mittentes, sed etiam quoad consilium dantes,
mandantes, vel auxilium, seu fauorem præstan-
tes effectu fecuto.
- 4 Incestus in primo vel secundo gradu consanguini-
tatis, & in primo affinitatis: copula carnalis cū
cognata spirituali: quæcumque copula carnalis
etiam tantum attentata cum filia spirituali vel
cum Parochiana: Stuprum Virginum etiam
cum promissione matrimonij: Sodomia etiam
cum foeminis, ac bestialitas; & hæc omnia, quæ
in hoc quarto numero continentur, quoad ma-
sculos tantum post pubertatem.

F 5 Obscœ.

Sacr. Conf. Regn.
die 9. mensis Ianu.
1601.
26 Nouemb. 1608:
& 7. Ianu. 1617.

42

5 Obscenitates, aliae grauiæ crimina cum monialibus, seu aliis foeminiæ in clausura degentibus quomodolibet commissa vel attentata, nec non verba obscena: accessus virorum ad monasteria, monialium sine licentia in scriptis, vel cum licentia subreptitia aut obreptitia.

6 Solutio Quadragesimæ sine licentia in scriptis, nec nō dolosa fides seu dolosa licentia soluendi Quadragesimam per Medicos, & alios deputatos facta seu concessa.

Qui verò sub quoque privilegiorum, Indultronum, ac facultatum sibi, aut suis Congregationibus, ordinibus, Religionibus confessorum prætextu à casibus Sedi Apostolicæ, vel nobis reseruatis (extra mortis articulum) sine nostra, aut Romani Pontificis viuentis facultate aliquem absoluere ausus fuerit, sciat se Pontificali Decreto excommunicatum, omnibus officijs priuatum, ad aliaque in posterum obtinenda inhabilem effectum, nec ab ullo, præterquam ab ipsa Apostolica Sede (extra mortis articulum) absolutionem, confirmationem, seu habilitationem consequi posse.

Ad subleuandas tamen pœnitentium conscientias, illorumque spiritualibus necessitatibus ut prouide, ac citius succurratur, in hac Cathedrali nostra constituiimus Pœnitentiarios in tabella in Sacrestia appensa descriptos, quibus facultatem absoluendi à casibus nobis reseruatis concedimus, declaramusq. præfatos, dum in ecclesia confessionibus audiendis detinentur, interim præsentes in choro censi.

Hortamur præterea Confessarios omnes, ut in huius sacrosancti ministerij functione solum Dei honorem, animarumq. salutem sibi proponant, nec vel lucri, vel terreni alicuius eodem modi gratia ad hoc Sa-

Decret. Cong. spis.
vrbis sub Cl. m. 3.
Non Janu. 1601 &
16 Novemb. 1601.
& 7. Januarij. 1617.

Conc. Trid. eff. 14.
c. 8. 5. in omnibus.

cramen-

43

cramentum exercendum indecenter accedant. quapropter à pœnitentijs pecuniarijs, in quantu possunt, abstineant imponendis: si quas verò ad animarum salutem judicauerint iniungendas; neq. sibi, neque suæ ecclesiæ ilitas applicent, sed pœnitentis arbitrio applicandas in pijs vñis relinquant. Confessionis verò intuitu nihil à pœnitentibus etram sub prætextu celebrandarum Missarum, vel faciendæ restitutionis directè, vel indirectè exigant, aut perant.

Moneimus etiam omnes, vt super pelliceis, & stola induti, bireto cooperti confessiones audiant. Regulares verò eodem habitu vtantur, quem in choro ad diuina celebranda officia adhibere consueuerunt.

Habeant Parochi pro Confessionibus audiendis Sedes in Ecclesia iuxta formam infra prescriptam Sub titu. de Confessional. in quibus sedibus au diant confessiones, non extra illas: illæq. in conspectu omnium non in angulo ecclesiæ collocentur.

Mulieres, & adolescentes ante, vel post solis ortum non audiantur. Presbyteros, aliosque in sacris constitutos ab hoc eximus. Mulierum ægrotantium confessiones audiantur ostio cubiculi, in quo decumbunt, non clauso, sed aperto, vt ab omnibus conspiciri possint. Sacerdos verò si contrafecerit, arbitrio nostro à Confessoris munere sit eo ipso suspensus.

Confessarij auditæ infirmorum Confessione ministrati Sacramenti testimonium in scriptis relinquant, vt Parochio, Medicisque ostendatur; alias eandem suspensionis pœnam incurant.

Salutarem Innocentij III constitutionem in usum reuocantes præcipimus, ac mandamus, vt Medicis ad ægros in lecto decubentes adducti, ante quam illos curam suscipiant, eosdem planè moneant, vt idoneo Confessori peccata confiteantur; alias eisdem

F 2 denun.

Ex decreto sacre
visitationis aposto-
licæ Romæ die de-
cima Iulij 1615.

c. cum infirmitas de
Pœnit. & remiss.

Pius V. in Confit.
incip. supra greg.
in vct. buss. 32.

44

denuncient, nisi id tridui spatiò ad summum præfiterint, eorum se curationi defuturos: congruum enim est, vt in corporis infirmitate de animæ salute cogitetur, cum sèpissimè corporalis infirmitas à peccatorum contagio proueniat. Medici Parochum etiam curabunt certiorem reddi de eo, qui in eius Parochia morbo affectus tenetur, vt spiritualibus remedijs opportunè occurratur.

Hortamur deniq. omnes, quibus aliqua infirmorum cura demandatur, vt nullam omittant occasionem inculcandi ægrotis ea, quæ ad animæ pertinent salutem; caueantq. ne dum corporis affectant sanitatem, supremum pariant animæ detrimentum.

Confessarij attentè, ac patienter omni personarum exceptione remota pœnitentes audiant, dum peccata recensent, studeantq. confirmare vacillantes, rudes instruere, tepentes excitare, timidosque ad spem salutis erigere. Aduertant, ne importunis, impertinentibus, scrupulosis, otiosisque interrogationibus pœnitentes deterreant, & simplices præsertim pueros, puellasq. ac cœteros rudes, in eo, quod ignorant, interrogando instruant.

In reprehendēdis peccatis prudenter, grauiterq. se gerant: non ità remissi sint, vt in absoluendo facilitas peccandi nutriat licentiam, nec ita seueri, atq. exasperantes, vt erubescencia vnius peccati in pœnitentibus cæterorum silentium periculosè inducat; sed amabili sermone animum confitentibus addant ad aperiendas mortales integrè culpas. prouidam tamen seueritatem, atq. in differenda, vel neganda indignis absolutione constantiam cautè adhibeant.

Dum grauiora audiunt peccata, nulla indiscretæ admirationis signa ostendant, nè in circumstantium animos suspicionis, ac scandali occasionem inducant, videlicet suspirando, signando se cruce, caput agitando,

45
tando, vel distorquendo; sed suo loco, & tempore completa confessione oleum, & vinum in Christiana correctione discretè adhibeant.

In pœnitentijs iniungendis non sint nimiū mites, nimiumue seueri, sed pro peccatorum qualitate, & dolore iuxta pœnitentium ætatem, statum, ac conditionem salutares imponant pœnitentias, quæ à vi- tijs, non à Confessione deterreant.

Sacramentalis confessio solūmodo inter præsentes, scilicet Confessarium, & pœnitentem fiat. Per litteras, nuncios, aut aliter fieri nulla possit ratione; Immo si quis id licere etiam disputatiè senserit, aut docuerit, vel ad Praxim reuocare ausus fuerit, excommunicationis censuram ipso factō nō solum se nouerit incursum, à qua non nisi ab ipsomet Romano Pontifice poterit absolvī; verum etiam alijs seuerissimis poenis arbitrio nostro infligendis ex Decreto supremæ Inquisitionis vrb. Romani etiam Pontificis accidente consenſu punietur.

Et vt ab omnibus vñus, & idem ritus in absolutio- ne seruetur; infra scriptum ab omnibus Dioecesis nostræ Confessarijs seruari mandamus.

Pœnitentia imposita, dicat Sacerdos: Miscreatur, &c. Indulgentiam, absolutionem, &c. Et manū dextera super caput confitentis extendens dicat.

Dominus noster Iesus Christus te absoluat; & ego auctoritate ipsius mihi concessa absoluo te in primis à Vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti (In absolutione Sæcularium omittat, verbum suspensionis) in quantum possum, & sic indiges. Item eadem auctoritate absoluo te à peccatis tuis. In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Postea sublata manu dicat.
Passio D. N. I Christi, & merita B. M. semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid beneficeris,

cap. disciplina. 45.
distin.

Decretum fel. rec.
Clem. 8. & officij
S. Inquisit. vrbis 19.
Julij. 1602.

Die 9. Ianuaz. 1602.
& vigesima sexta.
Nouemb. 1602. 8e
7. Ianuarij. 1617.

46

ceris, & mali substitueris, sit tibi in remissionem peccatorum tuorum, in augmentum gratiae, & proximum vitae æternæ. Amen. Vade in Pace.

In articulo mortis breui hac forma vtatur. Ego te absoluo ab omnibus tensuris, & peccatis. In nomine Patris, & Filii. &c.

Si absoluendus sit publicè excommunicatus, præcedente satisfactione, vel cautione cum iuramento de satisfaciendo, absolutio pariter debet esse publica ad fores ecclesiæ in forma ecclesiæ consueta cum Psalmo. Miserere mei. &c. percutiendo videlicet virga in quolibet versu super humerum viri denudatum dicat.

Dominus Noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius, & Sanctissimi D. N. Papæ, vel Reuerendissimi Episcopi mihi concessa Absoluo te à Vinculo excommunicationis, in quam incurristi propter tale factum, vel causam &c. Et restituo te communioni, & unitati fidelium, & Sanctis Sacramentis Ecclesiæ. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. eademq. absoluendi forma vtatur in absolutionibus secretis exprimendo causam nec non in iubilæis incipiendo à verbis illis. Dominus noster &c.

Si Poenitens sit suspensus, vel interdictus, vtatur hac forma. Ego absoluo te à vinculo suspensionis à te incurse, vel interdicti propter tale factum, vel causam (& hic exprimatur causa) quam, vel quod incurristi, vel incurrisse declaratus es. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Si autem fuerit irregularis, hanc adhibeat formam; postquam absoluenter à peccatis, addat. consequenter, & eadem auctoritate, vel auctoritate D. N. Papæ, vel Reuerendissimi Episcopi in hac parte mihi commissa dispenso tecum super irregularitate, vel irre-

47

irregularitatibus (si plures sint) in quam, vel in quas ob talcm, vel tales causas (eas exprimendo) incurristi, & habilem reddo, & restituo te executioni ordinum, & officiorum tuorum. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Si nullum habet ordinem, dicatur. Et habilem reddo te ad omnes ordines suscipiendos, (vel etiam ad alia, iuxta tenorem mandati, & in causa restitutio- nis tituli, vel fructuum male perceptorum subiungat) Et restituo tibi titulum, (seu titulos) beneficij, (seu beneficiorum) & condono tibi fructus male perceptos. In nomine Patris. &c.

Caveant denique Confessarij omnes, vt ea omnia, quæ in confessione tam mortalia, quam venialia peccata audierint, in perpetuum sub sigillo custodiант; certa enim est de iure diuino, naturali, ac ecclesiastico huius sigilli obligatio; ita vt propter nullam causam, etiam si de vniuersa totius salute Reipublicæ agatur, non possit confessorius peccata reuelare poenitentis, nisi de eiusdem poenitentis consensu, & licentia, atq. ad illius utilitatem. quòd si aliquis Confessor in nostra Diœcesi Confessionem Sacramentalē aliquo verbo, signo, vel scripto manifestare autus fuerit, non solum poenam priuationis in perpetuum, verum alias in iure appositas poenas se nouerit incursum. Confessarij denique poenas à fel. rec. Gregorij XV. contra sollicitantes in confessione committatas non obliuiscantur, quarum tenorem ad omnem ignorantiae excludendū prætextum hic registramus.

G R E G O R I I X V .

A D perpetuam rei memoriam. Vniuersi Domini gregis curam, quamquam immorit, calesti dispositione gerentes, sedulò inuigilare tenemur, ut ab omnibus prauis contagij cōseruetur immunis, mul-

Concil Magutinensis
de Penitentiis, &
remissionibus.

multoque maiori studio prouidere, vt omnis pessis ab ijs auertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne quod Euangelica scripta nos admonent, sale infatuato non sit in quo saliatur, & ad nihilum prodit vltra, nisi vi mittatur foras, & conculetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris quibusdam in locis prouisum fuit, vt in pium, ac nefandum scelus, quod non solum inter Christi fideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet, vt aliquis Sacerdos ad facias audiendas confessiones deputatus, sacrosancto pœnitentiæ Sacramento, sollicitando pœnitentes ad turpia abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigit, & ex cælesti medico infernalis veneficus, ex patre spirituali proditor execrabilis animarum reddatur: idcirco Nos ea, quæ his perniciosissimis diaboli insidiis arcendis certis locis salubriter constituta sunt, vt nulli desiderentur, quantum ex alto conceditur, prouiden duximus. Alias siquidem à fel. recor. Pio Papa IIII. prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet, Pius Papa IIII. Venerabili Fratri Archiepiscopo Hispalen. in Regnis Hispaniarum hæreticæ prauitatis Inquisitori Generali. Cum, sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, diuersi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus, & Dioecesisibus curam animarum habentes siue eam pro alijs exercentes, aut alias audiendis confessionibus pœnitentium deputati in tantam prouperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confessiones abutantur, nec illi, & qui id instituit Domino Deo, & Salvatori nostro IESU CHRISTO iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones alli-

alliendo, & prouocando, seu allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum huiusmodi Creatori nostro reconciliationis grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus diaboli tradendo, in Diuinæ Maiestatis offendam, & animarum perniciem, Christi fidelium scandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuentes, quod qui de Fide Catholica recte sentiunt Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuæ de eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnum, ac illarum Ciuitatū, & Dioecesium de præmissis quomodolibet diffamatos, tam seculares, quam quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum Regulares cuiuscunq[ue] dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentiae existant, tam super præmissis, quam super Fide Catholica, & quid de ea sentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatem tibi contra hæreticos, aut de hæresi quouis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta excessum suorum qualitates, prout iuris fuerit, punias, eos etiam, si, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione secularis iudicis arbitrio puniendos tradendo. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, nec non Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, &

G con.

consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscunq. tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, aut alijs quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus eorum tenores presentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xv. Aprilis M.D.LXI. Pontificatus Nostri Anno secundo. Igitur ut literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obseruentur, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum præinsertas literas huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta Apostolica auctoritate tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisq; omnibus, & singulis inuiolabilis Apostolice firmitatis robur adjicimus, illasq; non solum in prædictis Regnis Hispaniæ, sed in quibusvis Christiani Orbis partibus firmiter, & in uiolabiliter obseruari præcipimus, & mandamus. Ac præterea, ne in futurum de poena his delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes, tam sacerulares, quam quorumuis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolice immedietate subiectorum ordinum, institutorum, societatum, & Congregationum Regulares cuiuscunq; dignitatis, & præminentia, aut quovis priuilegio muniti existant, qui personas, quæcunque illæ sint, ad inhonestata, siue inter se, siue cum alijs quomodolibet perpetranda in

actu Saeramentalis confessionis, siue ante, vel post immedietate, seu occasione, vel prætextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione non secuta, siue extra occasionem confessionis in confessionario, aut in loco quocunque, vbi confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & in honestos sermones, siue tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquisitionis severissimè, vt infra puniantur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum uniuersi Orbis Christiani in suis quenque Dioecesisibus, & Territorij, per has nostras literas etiam priuatiuè quo ad omnes alios specialiter, ac perpetuò iudices delegamus, vt super his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei, iuxta Sacrorum Canonum formam, necnon Officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, priuilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiusmodi nefarijs excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantijs, suspeni ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetua inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiua, & passiua, si regulares fuerint, exiliij, damnationis ad tristimes, & carceres etiam in perpetuum absque villa spe gratia, aliasq; poenas decernant, eos quoque, si pro delicti enormitate grauiores poenas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ sacerulari puniendos tradant. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam

enorme , & Ecclesiæ Dei tam perniciosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus, etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indicijs, & alijs administris delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & curia seculari, vt præfertur, reum tradendum esse pronunciandi. Non obstante omnibus, quæ dictis prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstatere, ceterisq; contrarijs quibuscumque. Mandantes omnibus Confessarijs, vt suos poenitentes, quos nouerint fuisse ab alijs, vt suprà sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu, vt præfertur tractantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinarijs prædictis, quod si hoc officium prætermiserint, vel poenitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, vt supra ijdé Ordinarij, & inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Volumus autem, vt præsentium transumptris etiam impresisis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extrâ vbique habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque eadem præsentes literæ, seu illarum exempla ad valvas Basilicarum S. Ioannis Lateranenij, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Flo- ræ affixæ omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatae fuissent. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maorem sub Annulo Piscatoris, die xxx. Augusti M. DC. XXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

S. Card. S. Susanna.

De

De sanctissimo Eucharistia Sacramento.

Cap. V.

Conc. Trid. s. 15.
c. 1. & 2.

SAcrosanctum Eucharistiae Sacramentum, in quo Christus verus Deus, & homo vere, realiter, & substantialiter continetur, aliorum dignissimum, ac nobiliissimum amantisimus nostri Saluator, discensus ex hoc mundo ad Patrem instituit, vt sui erga nos amoris libertatem, diutinasq; ostenderet, ac inspiritali interioris hominis cibo futuræ gloriae, ac perpetuæ felicitatis nostræ certissimum pignus nobis relinqueret.

Ideò volumus, & mandamus, vt quammaxima fieri potest fide, honore, ac reverentia in maiori, seu in alio ad hoc destinato cuiuslibet Cathedralis, Collegiaræ, ac Parochialis Ecclesiæ altari in decenti Pixide argentea intus deaurata intra tabernaculum, vñà cum quinque saltæ consecratis particulis diligenter, atq; deuotè sub clavi assueretur. Vnica vero saltæ lampas semper die nocteq; ante ipsum ardeat sub poena iuliorum decem pro qualibet vice pijs visibus applicandorum: altera Pixis similis pro communicandis infirmis conopcolo operata, nè ingruentis pluviæ, aut ventorum iniurias per viam pati possit, ibidem semper maneat, nè tabernaculum sine Sacramento relinquatur, atque vt expeditius ad infirmos Viaticum deferatur. tabernaculum vero, in quo sanctissimum hoc conseruatui Sacramentum, sit optimè sera, clauiq; munitum, ac decenter ornatum, inter usq; panno holoserico coopertum: & ibidem corporale substernatur, vt super eo Pixides collocatae mundæ custodiantur.

Particulae consecratae quinto quoque die, vel ad sum-

54

summum octauo, si necessè fuerit, renouentur. Dum autem sanctissimum hoc sacramentum ministratur, omnis cura ac diligentia adhibeatur, nè tanti sacramenti fragmenta depereant. ideo particulas consecratas extra Pixidem non exponant Sacerdotes, qui communicant, sed patenam inter digitos manus sinistram teneant, illamq; dispensandis particulis aptè supponant. plerunq; enim ex digitorum confricatione, barbae impedimento, communicantium halitu, alijsq; huiusmodi accidentibus Angelici huius panis fragmenta in terrā possent decidere, si patena vel Pixinis opportunè non supponatur.

Parochi, cum sanctissimam Eucharistiam ad ægrotos deferunt, superpelliceum, stolam candidam, pluvialeq; induant: & si commodè fieri possit, vmbellam adhibeant, & velum holosericum superhumerale amplum gestent luminibus, atq; intorticijs pluribus comitati: & clericus tintinnabulum pulsans præcedat cotta amictus.

Vasculum insuper decorum, ac mundum cum aqua benedicta secum deferant, habeantq; semper Romanum Rituale, cuius formam in omnibus ad unguem seruabunt.

Cum autem deferendum erit, si tempus patiatur, Parochus prius ad ægroti domum accedat, aut alium transmittat, qui diligenter curet, vt domus emundetur, sordesq; omnes amoueantur, ac locus quam maximè ornetur, ibiq; mensa parua præparetur mappis, seu tobaleis mundis cooperata, super qua sacra imago ponatur cum duobus candelabris accensos cereos continentibus, vt ibi extenso prius corporali sanctissimum collocari possit sacramentum. Ut verò Confratres societatis Corporis Christi, alijsq; de Parochia fideles conuenire possint ad prosequendum

sacra-

55

sacramentum, campana ecclesiæ pulsata omnes prius commoneantur. quibus congregatis Sacerdos, vt suprà, indutus accedat ad altare, ibiq; genuflexus aliquantis per orabit; postea summa cum religione, gruitate, ac reverentia incedens sanctissimum Christi corpus oculis in eō semper intentis ad communicandum infirmum deferat. interim verò hymni vel psalmi in honorem sanctissimi Sacramenti, aut pro ægrotantibus salute spirituali recitentur. Ægroti denique sacra cōmunione refecto statim ad ecclesiam reuertatur, vt suprà, associatus, sacramentoq; super altari maiori reposito populum assitantem benedicat, eq; emeritos pro exhibito munere Indulgentiarum thesauros annunciet, & postremò infirmum orationibus astantium enixè cōmendans sacratissimam Eucharistiam in consueto tabernaculo reuertenter recondat.

Si verò per loca inuia, coenosa extra Ciuitatem, & oppida deferi cōtigerit Sacramentum, ægroti longè admodum remoto ab Ecclesia; tunc omisso apparatu prædicto Parochus superpellico, & stola induitus præcedente saltem vna laterna vnicam tantum in vasculo ad id apèr comparato particulam assumat. præfatum verò vasculum ita claudatur, vt etiam ipso prolabente particula exire nequeat: deinde in sericeo fuscculo habente pariter funiculos holosericos, quibus deferentis collo appendi possit, cautè recondatur.

Cum autem ægrotum communicauerit, ad Ecclesiam sine aliqua cæremonia, extintis luminaribus, & deposita stola vasculum inane palam deferens subito reuertatur.

Hortentur prætereà Parochi populum ad frequenter salutaris huius Sacramenti sumptionem: curentque diligenter, vt iuxta Ecclesiæ præceptum quilibet in Pascha tis sollemnitate, scilicet à Dominica Palmæ

e omnis virtus que
de pœnit. Et resultat

Conc. Trid. l. 13.
c. q.

i.e. pro dilectione.
c. sceniciis de Co-
sc. dist. 2.

56

rum vsq. ad octauam Paschatis prævia peccatorum suorum confessione in propria Parochia Sacramentū deuotè ac reuerenter suscipiat.

Histriones, visurarij, concubinarij, meretrices, excommunicati, interdicti, & notorio crimine damnati ab hoc cœlesti Angelorum pane prorsus arceantur, donec de purgata infamia, aut absolutione suscepta Curiæ nostræ testimonium adduxerint.

Vt autem dignoscantur illi, qui Eucharistia Sacramentum hoc præstituto tempore sumpserint, vel non sumpserint, quilibet Parochus post initium quadragesimæ statum subditorum sibi animarū in peculiari libro, Parochianorum omnium nomina, ætatem, ac sexum inquirendo, ostiatim describat. deinde paschali tempore communicantibus det signum, sigillum, vel schedulam aliquam, quam peractis paschalibus ipsem recuperabit diligenter adnotans in schedula eorum nomina, qui ad communionem non accesserint; candemq. schedulam, seu notam quam primum ad nos, seu Vicarium nostrum transmittat, vt Ecclesiasticis contrauenientes præceptis debitissimis pœnis multentur. si vero in sua duritie, ac inobedientia diabolice perseuerauerint; viuentes ab Ecclesiæ ingressu arceantur, & defuncti christiana careant sepultura. huic autem præcepto illos non satisfacere declaramus, qui in aliena Parochia communionem suscepserint: sicuti contrà ab huius præcepti obligatione illos absoluimus, quos vel rationabilis causa à nobis approbata, vel vrgens eximit necessitas.

Parochi omnes scamna oblonga ad sacræ communionis usum destinata, tobaleisque, seu mappis mundis, ac decentibus cooperta ante altare, non per longitudinem Ecclesiæ ponant, vt sanctissimum Eucharistia sacramentum decentius, ac sine scandalorum periculis

periculis ministretur.

Ad confusionem verò uitandam primum mares, deinde fœminæ communicentur; vel duo mensarum ordines, non tamen distantes præparentur, unus pro Viris, alter pro fœminis, qui verò se temerè inter aliorum sexum promiscuerit, cum illis non communicetur, sed quilibet suo in loco sacram sumat synaxim: cereiq. accensi ita collocentur, vt Sacramenti ministerium non impediatur.

Ad tollendam opinionem credentium sub utraque specie communicari, purificationem præberi laicis in calice prohibemus: sed quilibet Parochus habeat vas, seu cyathum vitreum, quod ad solum hunc vium destinatum decenti loco sub poena suspensionis à diuinis eo ipso incurrenda conseruari teneatur.

Nè autem pueri, & puellæ ad eam ætatem iam prouectæ, in qua sunt habiles ad sanctissimum eucharistia suscipiendum sacramentum, ob parentum negligentiam pretiosissimo hoc thesauro diutius, quam par est, priuentur; iniungimus Parochis, vt eosdem pueros ac puellas iusta vniuersitatisq. captum diligenter de diuini huius sacramenti mysterijs instruant: realem corporis, & sanguinis, animaq; ac diuinitatis D. N. I. Christi præsentiam edoceant: uberrimos, ac profuentes ab inexhausto hoc diuinitatis fonte gratiarum riuiulos insinuant: requisitas, ac tanto sacramento dignas humilitatis, reuerentiae, atq. animi candoris virtutes indicent: supplicia denique ad sacratissimum hoc Angelorum conuiuum indignè accendentibus destinata indicant. Neminem tamen ad primam communionem admittant, nisi tres saltē continuatas eiusdem confessiones audiuerint.

In solemnioribus autē supplicationibus vas ostensorium, in quo pretiosissimus diuinitatis thesaurus

H recon-

57

reconditur, crystallis putoribus circumseptum, ac quam decentissimè sit ornatum. lunella verò extrahi commodè possit, nè dum sacra in eo reponitur hostia, vel indè amouetur, infringatur. fragmenta tamen si decident, super patena recolligantur, & in pixide reponantur.

Sacerdos, qui Eucharistiae sacramentum ministraverit, digitos in vasculo vitreo aqua purificet, & purificatorio abstergat: eamq; purificationem vel ipse assumat, aut alijs sumendam præbeat, aut in diem sequentem conseruet.

In supplicationibus sacerdosdignior deferat sacramentum: alij verò omnes tam seculares quam regulares deuotè, ac concinnè psallant. ioci, risus, colloquia excludantur. laici vel psalmos cantent, vel tacitè orent. viæ, per quas sanctissimum transit sacramentum, non modo à puluere, & sordibus emundentur, sed floribus, ac virentibus folijs sternantur, & parietes aulæis, atq; omni alio decenti apparatu exornentur.

Particulae consecratæ sint rotunditatis saltem vnius iulij, & à fragmentis separatae.

Illæ, quæ sunt conseruandæ de die ad diem in hebdomada sancta, vel pro communionibus generalibus, non in corporalibus collocentur, sed in pixidibus, vel calicibus optimè absterris, & occlusis, ac in tabernaculis clave, seraq; munitis sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda custodiantur. In patenis verò, vel calicibus sex ad summum particulae consecratæ reponantur: sed ad euitanda pericula in pixidibus afferuentur.

Quolibet die Veneris mensis Martij sacramentum per horam ante completorium exponatur in hac Cittate nostra, & in alijs Dioecesis nostræ Parochiali bus,

Cærem. Episc. lib. 2.
cap. 33.

bus, sexque, vel quatuor saltem cerei vnâ cum octo luminibus Confraternitatis sanctissimi eiusdem Sacramenti sumptibus succendantur: & vbi plures fuerint Parochiales, singulis hebdomadibus in earum aliqua mutuis vicibus semel exponatur, & finito completorio, hymno Pange lingua &c. decantato vnâ cum versiculo Panem de cœlo &c. & oratione solita, Deus qui nobis &c. data benedictione reponatur. Qui verò adfuerint, tam Clerici, quam Laici genuflectant: si verò id infirma non patiatur valetudo, omnino tamen detecto capite, & sedentes reuenter assistant. & vbi solet fieri processio in talibus diebus mane, illam pro maiori Populi commoditate ad horam prædictam trasferimus. Tam in hac nostra Cittate, quam in quolibet nostræ Dioecesis loco semel in anno fiat pariter oratio quadraginta horarū, scilicet, post Vesperas Dominicæ Paschionis D. N. I. Christi, vel palmarum iuxta locorum consuetudinem omni meliori modo sumptibus societatis sanctissimi eiusdem Sacramenti. & vbi facultates eiusdem societatis non suppetant, aliæ societates illius tenuitatem competenter coadiuuent: vel in gyrum quolibet anno ab aliqua ipsarum semel perficiatur, seruata ramen forma editi inferius registrandi. in ijs verò locis, quæ hactenus hoc laudabili carent instituto, tam salutare opus omnino introducatur.

De Missarum celebratione. Cap. VI.

IN Sacerdotibus, qui ad sacrosancti sacrificij ministerium ex hominibus assumuntur, pietatem, ac religionem, ceteraque christianas virtutes vehementissimè optamus. quarè, vt pro sua, populiq; salute diuinum Missæ sacrificium dignè, ac salubriter

H 2 Deo

Deo offerre possint, euram præcipuam adhibeant, vt in via Domini virtutum omnium radijs coruscantes alijs præcedant.

Nè in Missæ celebratione aliquid occurrat, quod astantium animos, mentesque perturberet, quilibet sacerdos in necessarijs rebus prouidendis omnem adhibeat diligentiam: maioremq; sedulitatem in ijs, quæ legenda sunt, præuidendis usurpet, vt ea omnia expeditè, atq; sine hæsitatione legat. omnes verò Missæ partes, antequam ad Altare accedat, signaculis adnotabit, nè in illis inquirendis tempus conterat, errandiq; periculū subeat, & astantibus scandalum pariat. Præ ceteris tamen diligenter curet, nè nimia celeritate deuotionem impedit, neuè nimia tarditate fastidium afficerat.

Hostijs vtatur ex puriori tritico, candidis, illæsisq; non autem obsoletis, aut nimium vetustis. viuum sit album, dummodò commodè haberi possit, defæcatum, non autem acidum, aut alijs quomodolibet corruptum. nihil deniq; prætermittat, quod ad sacrificium ritè ac piè peragendum desiderari possit.

In Ecclesijs Ruralibus, & campestribus, quæ clauibus, portisq; non clauduntur, vel quæ non habent decentia altaria necessarijs requisitis prouisa, nemo celebrare præsumat: nec earum Rectores alias celebrare permittant sub poena suspensionis à diuinis. Altaria verò portatilia de Ecclesia ad Ecclesiam sine nostra facultate non transferantur.

Sacris vestibus, corporalibus, pallis, purificatorijs, alijsq; ornamentijs non sordidis, neq; attritis, aut vetustate corrosis, seu consumptis, sed honestis vtatur, eorumque colorum, quibus Ecclesia pro ratione temporum vtitur.

Antequam verò suis vestibus se induat Sacerdos, semel-

De Consecratione
dist. 1. cap. 38. 39.
41. 42.

semetipsum piè, ac deuotè colligat, & ante Crucifixi imaginem prostratus mysteria, quæ tractaturus est, iugi meditatione consideret, ac præparatorias orationes in Missali præscriptas reciter. deinde non solum amictum, albam, cingulum, manipulum, orarium seu stolam, & casulam seu planetam superinduat; sed talare quoq; vestem clericalem gestare teneatur. illud autem curet, vt collaria vndiq; regantur: quæ tamen nulla ratione deponat. similiter studeat, vt alba æqualiter diffluat, stolamq; & planetam cordulis in eisdem appensis bene firmet, vt stola à sudore munda conseruetur, & planeta retrò non dilabatur.

Cum sacris vestibus fuerit indutus, cum nemine sine vrgenti necessitate confabuletur, neque per sacramentum indecorè discurrat; sed mentem ad tanti sacrificij mysteria reuerenter conuertat, annulumque, si quem habet, deponat.

Ad altare celebraturus, bireto cooperto capite, demissis oculis, incessu graui, & composito, ac præcedente, si fieri possit, ministro Clerico superpellico induto, nemineque salutato accedat.

Si verò ante sanctissimum Sacramentum, non tamen expositum transeat, genibus flexis, & cooperto capite: si verò si expositum, vel ab alio Sacerdote celebrante eleuetur, detecto capite illud reuerenter adoret: ad altaria verò, in quibus celebratur, tantummodo se profundè inclinet.

Cum ad altare peruenierit, biretum, atque alia hiustmodi super altare nulla priors ratione deponat, sed tradat ministro, qui neq; præfatum biretum, neq; vas pro aqua, & vino, neq; cyathos pro communicationi purificatione, neq; ampullas pro Missæ celebratione ponere super altare præsumat: sed easdem manibus tenendo Sacerdoti porrigit, à quo restitutas accipiet,

¹ c. vestimenta. de
Consecr. dist. 1.

accipiet, nè tobaleæ vino deturpentur, & purissima Domini nostri mensa inquinetur.

Postea corporale super altare portatile consecratum disponat, & super eo calicem constitutat cooperatum velo, quod in oblatione plicatum extra corporale deponat, ac Missale aperiat. interim verò caueat, nè aliquem exspectet: indignum est enim Sacerdotem ad tantum sacrificium iam paratum humanis deferire voluntatibus.

His peractis ad inferiorem altaris gradum descendat, ibiq; si adsit Sacramentum, genuflectat: si verò non adsit, profundè se inclinans Missam inchoabit, cuius vel minimam partem repetere omnino prohibemus. Nemo cooperto capite sine nostra facultate audeat celebrare. in Parochialibus Sacerdos Missam nullius gratia differat, aut anticipet; nec ante aurorā, aut post meridiem, nisi in casibus à iure permisis, nec nisi recitatis saltem matutinis horis sacrum perficiat, nisi vrgens, & rationabilis causa contrarium suadeat.

In altaribus, quæ vicinitate inter se celebrantes possunt impedire, aut perturbare, eodem tempore plures Missæ non celebrentur, etiam si in alicuius sancti honorem, aut defunctorum expiationem essent celebrandæ.

Missam nouam celebrare nullus audeat Sacerdos, nisi prius cæremonijs ad præscriptum Rubricarum Missalis Romani per fel. rec. Clementem octauum recogniti sit instructus, & à nostro Cæremoniarium Magistro approbatus. Sacris vestibus se domi non induat, nec minus sub baldachino procesionaliter à Clero & populo associetur; sed in sacrario more solito ad Missæ celebrationem se præparet sub poena suspensionis à diuinis ipso facto incurrenda: nec extra Dioecesim, Ciuitatem, vel Terram, ybi domicilium tenet, prima habeat

habeat Missarum solemnia, nisi deuotionis causa, eliminatis quæstus, ac auaritiæ occasionibus, Missam planam cum nostra licentia voluerit celebrare.

In oblatione, quæ in eadem Missa fieri consuevit, nouus Sacerdos nemini manum, aut patenam porrigit deosculandam: nec minus se tunc à matre complecti, aut sibi in capite coronam imponi nullatenus sub eisdem poenis patiatur.

Coniuia, choreas, sonos, viles ludos, atq; alia huiusmodi representari profana, quamdiu mensæ accumbunt noui Sacerdotes, omnino sub poenis arbitrio nostro incurrendis prohibemus.

Alienæ Dioecesis Presbyteri, licet Regulares, ad peragendum Missæ sacrificium nullatenus à quoquis, licet Regularibus, admittantur, nisi commendatitias, testimoniales, siue Dimissorias Ordinariorum suorum litteras in forma authentica ac probanti per mensem ante signatas ostenderint. eos tamen, quos loci vicinitas veros, ac fidos Sacerdotes probauit, ab hac obligatione eximimus. Nemo tamen admittatur, qui tonsuram, atq; habitum clericalem non deferat.

In Monialium Ecclesijs nullus Sacerdos absq; nostra, vel Vicarij nostri generalis facultate sub poena suspensionis à diuinis, alijsq; arbitrio nostro irrogandis celebrare præsumat. omnibus tamen tam secularibus, quam Regularibus Sacerdotibus in diebus festiuitatis Monasterij, aut in obitu Monialium celebrandi facultatem liberam concedimus.

Nullus in oratorijs sodalitatum, & aliorum quorumcunq; capellis, alijsq; pijs locis, etiam Ruralibus sacrum absq; nostra in scriptis impetrata licentia petragat.

Cum sèpè diebus festis, in quibus Missa ex præcepto Ecclesiæ audienda est, Rectores Ecclesijs proprias deferant,

Idem ibid. de obser.
& euit. in celebr.
miss.

Conc. Trid. sess. 13
c. 16. §. nullus.

Conc. Trid. sess. 21
decret. de obser. &
euit. in Celeb. miss.
§. nemini.

deserant, & ad alias in graue commissi sibi gregis
damnum, ac præjudicium te conferant, nos huiusmo-
di abusus tollere, ac ouium indemnitatii prouidere,
cupientes mandamus omnibus, & singulis Rectori-
bus, & Curatis, nè Dominicis, alijsque festiuis diebus
Ecclesiæ proprias sine Missa vlo pacto sub poena
suspensionis à diuinis, ac trium Iuliorum pro quali-
bet vice incurrenda, relinquere præsumant.

Cum sacrosanctum Missæ sacrificium celebratur,
fideles, qui assistunt, ità se componant, vt corporis
habitu animi pietatem, ac religionem præ se ferant,
nudato capite, & genuflexi, ad sacri Euangeli; lectio-
nem assurgentes. Cauent præcertim Mulieres, nè
nimium altari indecorè appropinquent, & Sacerdo-
tem perturbent: nec minus adeò longe ab altari di-
stent, vt celebrantis audire, & intelligere verba ne-
queant: nec intra cancellos, quibus Ecclesiæ cap-
pellæ concluduntur, mulieres, si virti adsint, admit-
tantur; hoc autem onus clero ministranti injun-
gimus. Nemo autem sacrum audiens antea discedat,
quam Sacerdos Euangelium post benedictionem dici
consuetum perfecerit.

Quando autem in Cathedrali Dominicis, alijsq. fe-
stiuis de præcepto diebus, in Collegiatis verò in so-
lemnioribus festiuitatibus Missa maior dicenda erit,
Diaconus, Subdiaconus, alijsq; ministri deseruant,
adhibitisq; Missalis, ac Cærimonialis Episcoporum
cæmonijs, solemniter decantetur.

Diaconus, & Subdiaconus propter Sacramenti re-
uerentiam diciuntur: vt tantur cantu Romano,
eaq; quæ alta voce præcinenda sunt, spatiösè, distin-
ctè, apertè, seruato accentu, interrogatione, & pau-
suis locis opportunè decantent. quando autem à
Diacono Euangeliū recitatur, Seculares omnes vultu
semper

semper ad altare conuerso assurgant.

Ministri Altaris à parte Epistolæ assideant, nec
alius cum eis sedere præsumat, si eorum scama ab
alijs sint separata.

In altari, in quo nos celebrauerimus, eodem die
nullus aliis celebrare præsumat sine nostra facultate:
nec minus paramenta nobis destinata aliis inferior
induere audeat; sicuti nobis etiam celebrantibus nul-
lus Sacerdos è sacrificia ad celebrandum exhibet: nec
minus, si pontificaliter celebrare nos contigerit, Mis-
sa planæ recitentur.

Ad Missarum, seu Anniversariorum celebrationem
astricti obligationis suæ debitum adamassim obser-
uent, nec alibi, nisi in loco statuto sacrificium Deo
offerant: nec pro vno, eodemque sacrificio plurimum
eleemosynas accipiant. quam eleemosynam non esse
minorem vno iulio debere pro Missa perpetuò cele-
branda declaramus.

Omnes Clerici huius ciuitatis, cuiuscunq; gradus,
& conditionis sint, nobis celebrantibus, vel alios Pon-
tificales actus solemniter excentibus, debeant cum
superpellicis habitu decenti, talari veste, ac tonsura
assistere, nosq; cappa induitos cum Canonicis Eccle-
siæ Cathedralis ex aula, seu Camera Palatij, quam ad
id destinauimus, ad Ecclesiam progredientes comi-
tari, & deducere, prout haçenus laudabiliter obser-
uatum fuit, ac in nouo Episcoporum Cærimoniali
disponitur: contrauenientes verò poenis arbitrio no-
stro imponendis subjiciantur.

Idem verò seruare teneantur etiam Curati huius
Ciuitatis in solemnioribus, etiam nobis non celebran-
tibus, in primis, & secundis Vesperis, ac in Missa so-
lemnii iuxta antiquam haçenus obseruatam consue-
tudinem.

I Bene-

c. fin. de Consecrat.
dist. 2.

Coac. Trid. sess 14.
cap. 12. 5. & apud.

Cærem. Episc. lib.
1. cap. 15.

Beneficiatos huius Cathedralis, & Dioecesis, qui ad præscriptum suarum institutionum tenentur tanquam Canonici inseruire dictæ Ecclesiæ in diebus festis, ac processionibus, alijsq; solemnioribus functionibus, declaramus teneri inseruire præfatis diebus à primis Vesperis vigilia festiuitatum vñsq; ad Completorium diei illarum: quæ omnia per eos sedulò adimplentur sub pœnis arbitrio nostro infligendis: insuperq; si deficiant, vt alij, punctentur.

Sacrosancti Concilij Tridentini Congregationis decreta super celebratione Missarum edita sub Dat. Romæ 21. Junij 1625. vt omnibus innotescant, hic inseri voluimus: nè quis ignorantia prætextu suum tucatur errorem.

Decreta S. Congregationis Concilij.

M V M sæpè contingat, in quibusdam Ecclesijs tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorum relictis aut piorum eleemosynis impositum esse, vt illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisficeri: & tamen noua onera Missarum in dies suscipiantur; indeque fiat, vt depereant piæ testantium voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ suffragijs priuentur, Ecclesijs debitus subrahatur cultus, ac Christi fideles graui scandalo affecti, plerumquæ à similibus charitatis operibus retrahantur: Cumq; his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quod ij, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas breui ad pauciorum numerum à Superioribus reductum iri; aut quod Ecclesijs, sorte pecuniarum absumpta, plerumque nuda remaneant onera Missarum absque ullo emolumento; aut quod elemo-

eleemosyna pro illis celebrandis sit adeò tenuis, vt non facile inueniantur, qui velint huic se muneri subiçere, & redditus Ecclesiæ, aut Monasterij adeò exigui, vt Sacerdotes pro necessaria sui sustentatione nouis se oneribus obstringere compellantur: SACRA CONGREGATIO CARD. CONC. TRID. INTERPRETVM animaduertens, facturam se rem Deo gratissimam, charitatiq; ac iustitiae maximè consentaneam, si pro viribus satagat hanc teterimum abusum è Christiana Republica conuellere, atquè eradicare: S. D. N. VRBANI Diuina prouidentia PP. VIII. auctoritate sibi specialiter attributa, infra scripta Decrera edidit.

Ac primò districte prohibet, atque interdit, nè Episcopi in Dioecesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alijs quoquo modo reducant onera vlla Missarum celebrandarum aut post idem Concilium imposta, aut in limine fundationis; sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur. alioquin reduciones, moderationes, & commutations huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit.

Deinde, vbi pro pluribus Missis, etiam eiusdem qualitatis, celebrandis plura stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, siue ab vna, siue à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Monasterijs, Conuentibus, Congregationibus, Domibus, ac locis pijs quibuscumque tam secularibus, quam regularibus, S A C. CONGREGATIO sub obtestatione Diuini Iudicij mandat

ac præcipit, vt absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint; itaut aliquin ijs, ad quos pertinet, suæ obligatiōni non satisfaciant; quinimò grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur.

Id verò vt deinceps obseruetur exactius, S A C. CONGREGATIO eadem auctoritate reuocat priuileg' a, & indulta omnia quibusuis personis. Ecclesijs, ac locis pjs, tam secularibus, quam regularibus, cuiuscunque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quancunq' ob causam concessa quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratiōne, aut aliquibus collectis, seu oratiōnibus, plurim Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac similiter, omne damnabile lucrum ab Ecclesia renouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, nè eamde Missam alteri, parte eiusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Præterea, nè in Ecclesijs, in quibus onera Missarum in perpetuum imposta sunt, Sacerdotes in eis, vt par est, adimplendis èo tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera huiusmodi cum nulla, aut parua sint vtilitate coniuncta; statuit, atque decernit, vt pecuniae, ac bona mobilia Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasterijs, Conuentibus, ac locis omnibus tam secularibus, quam regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab ijs, ad quos pertinet, sub pena Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facta incurrienda à die realis acquisitionis statim deponi debent penes ædem Sacram, vel personam fidei, & facultatibus idoneam ad effectum illa, seu illorum pre-

tium

tium quamprimum inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur: ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, corundem pretium sub eadem poena, vt supra, deponi, atque in alijs bonis stabilibus itidem fructiferis cum eiusdem oneris repetitione, atque annexione conuersti debeat.

Ad hæc SAC. CONGREGATIO quibusuis Capitulis, Collegijs, Societatibus, & Congregationibus, neconon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum, tam secularium, quam regularium Superioribus, vel alijs, ad quos pertinet, districte prohibet, nè in postorū onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, seculares quidem sine Episcopi, vel eius generalis Vicarij, Regulares verò sine Generalis, vel Prouincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda; aliquin secularis, qui huius prohibitionis transgressio extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit coipso: Regularis verò penam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuae inhabilitatis ad alia de cæterò obtainenda, vocisq' actiue, ac passiuæ, absque alia declaracione incurrat. Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum iijdem accipere possint, si oneribus anteà impositis ita satisfecerint, vt noua quoque onera suscipere valent; aliquin omnino abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesijs cum inscriptione illa, Eleemosyna pro Missis, vel alia simili, sub iijdem penis ipso facto incurriendis, nè fideles hac ratione frustrantur. Episcopus verò, seu eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint

fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirant de singulis Missarum celebrandarum obligatiōibus cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut loco pio in-cumbentibus; nec anteā assensum huiusmodi, aut li-entiam præbeant, quām eis legitimē constiterit, il-lius Sacerdotes tām nouo oneri suscipiendo, quām antiquis iam susceptis satisfacere posse; præcipuamq; rationem habeant, vt redditus, qui Ecclesiis, & locis piis relinquuntur, omnino reipondeant oneribus adiunctis, secundūm morem cuiusque Ciuitatis, vel Prouinciæ, intelligentq; si in re tanti momenti desi-des, aut negligentes fuerint, in Nouissimo Die se huius prætermisli muneris rationem esse reddituros.

Postremò ILLVSTRISS. PATRÈS, non sine gra-
ui animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ
regularem disciplinā cuertunt, ac præcipue nimiam
hanc facilitatem fouent in oneribus Missarum suprā
vires suscipendis, veluti ex infecta radice, pullulare
ex maiori Regularium numero, quam ferant redditus,
& eleemosynæ cuiusque Monasterii; inharentes
Summorum Pontificum, ac Sac. Tridentini Concilii
decretis haec de re editis, S.ⁿⁱ D. N. auctoritate præ-
cipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generali-
bus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præ-
sidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardia-
nis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus Mo-
nastrorum, Conuentuum, ac Domorum regula-
rium bona immobilia pessidentium, vel non possiden-
tium, cuiuscunque Ordinis, Congregationis, & In-
stituti existentium intra fines Italie, & Insularum
adiacentium, vt singuli, ad quos pertinet, in qualibet
Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus
sui Ordinis, vel Congregationis probatoribus, & ro-
rum vslu peritioribus, bona immobilia, census, reddi-
tus,

tus, & prouentus omnes, consuetas item eleemosy-
nas, & obuentiones, tām communes Monasteriorum,
Conuentuum, & Domorum eiusdem Prouinciæ,
quām etiam singulis personis religiosis assigna-
tas, seu permittas, in communem vslum deinceps con-
ferendas, decem annorum immediate præcedentium
habita ratione, diligenter, & mature recognoscant,
iis omnibus detractis, quæ reparations, præstationes,
grandines, sterilitates, aliaq; cuiuslibet generis onera
consueverunt absorbere; eaque omnia scripto fide-
liter exarata, idem Superior, cuius interest, in proxi-
mo Capitulo, scū Congregatione generali, vel pro-
vinciali coram tribus Iudicibus ab ipsomet Capitulo,
scū Congregatione diligendis proponat, qui, com-
putaris huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obuen-
tionibus vniuersis, & oneribus, vt supra, detractis, se-
dulò examinent, quot religiosi homines, connume-
ratis etiam laicis, aliosq; necessarii seruientibus, in
vnoquoque Monasterio, Conventu, & Domo regu-
lari iuxta regionis, & proprii instituti morem, victum,
& vestitum, & medicinalia in communi habentes,
competenter valeant sustentari. Tum corundem bo-
norum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præ-
cisam notam ipsimet Capitulo, scū Congregationi
exhibeant, vt in illo diligenter omnibus discussis, cu-
jusque familie, Monasterij, Conventus, ac Domus
regularis in singula quaque Prouincia certus earum
tantum personarum numerus, Patrum capitularium
voto, præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, &
obuentionibus, vt superius, sufficienter ali possint.
Nē verò Superiorēs, qui id præstare debent, seriūs,
aut remissius, quam par est, suo muneri satisfaciant,
mandat SAC. CONGREGATIO, vt infra annum,
post proximum Capitulum generale, vel provinciale
cōputan-

cōputandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta in Sacram ipsam Congregationē Concilij singuli mittant, numerumq; familiæ, singulorūnq; Conuentum, Monasteriorū, & Domorum huiusmodi regularium, Capituli, scū Congregationis generalis, vel provincialis sententia, & auctoritate præfinitum, idem Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quām locales perpetuō seruare omnīnō teneantur, nec possint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augmenti reddituum, absque Sacrae ipsius Congregationis licentia. Superiores autem huiusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, vt suprā præscriptum quovis modo augere præsumplerint, priuationis omnium officiorū, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisq; actiue, ac passiuæ, & ad omnia suæ religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam poenam eo ipso incurrire, atque alijs etiam grauioribus à Sede Apostolica infligendis poenis Sacra Congregatio subiacere voluit, & declarauit.

Deinceps verò Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiorum, scū Regularium, nullibi recipiatur, nisi, præter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltēni fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus, vt suprā, detrahendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum decreti fel. rec. Greg. XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, vt suprā, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse

esse intelligantur.
Porro, nè ullo vñquam tempore hæc in obliuionem, scū desuetudinem abeant, Superiores locales cuiusq; Monasterij, Conuentus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur sub poena priuationis officij, vocisq; actiue, & passiuæ ipso facto incurrienda, vt in perpetuum, sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Dominicam Aduentus, & feria sexta post Octauam Corporis Christi præsentes ordinationes in publica mesa perlegantur. Omnibus tam Ecclesiasticis personis, cuiuscunq; sint ordinis, conditionis, & gradus, quām laicis quocunque honore, ac potestate præditis præsentia Decreta declarandi vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Non obstantibus quoad suprascripta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcunque personarum, atquè Ordinum tam Mendicantium, quām non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Io. Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, & in individuo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcunque, tam secularium, quām regularium locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robortatis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alijs nuncupatis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon

K irritan-

irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicacionis, seu extensionis concessis, & interatis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quò ad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permanentis, Sacra Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate specialiter, & expressè derogat, cæterisque contrarijs qui buscumque.

Et nè præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem SACRA CONGREGATIO, vt præsentes Ordinationes in Valvis Basilicarum, Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris est, affixa, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent, Utq; earundem præsentium transumptis, etiam impreßis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.
Dat. Romæ die 21. Iunij 1625.

Cosmus Cardinalis de Torres.

loto + sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Congr. Seer.

Anno D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo vi gesimo quinto, Indictione octaua, Pontificatus autē in Christo Parris, & D. N. D. Urbani Diuina prouidentia PP. Octaui, Anno eius Tertio, die vero vigesima secunda mensis Septembris, suprascripta Decreta affixa, & publicata fuerunt, ad valvas Basilicarum S. Io. Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Camillum Fundatum, & Fabium Æmilianum Sanctiss. D. N. PP. Curs.

Brandimartes Latinus Pralibati Sanctiss. D.N.PP. ac S.Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Cursor pro Mag. DD. Curs.

De pertinentibus ad Extremam Vnctionem.

Cap. VII.

CVM totius Pastoralis curæ summa huc spectet, ut in extremo vitæ spiritu fidelium animæ Deo reconciliata in tutum salutis portum adducantur; nec ullo vñquam tempore spiritualis Medici lenitatem humana magis indigeat infirmitas; ideo Parochus admonemus, atq; obtestamur in Domino, ut in huius Sacramenti ministerio, in quo peccatorum expurgantur reliquæ, & ægrotorum animæ iucundissimum leuamen percipiunt, omnem pietatis affectum erga constitutos in extremis adhibentes suum munus diligentissime execuantur.

Ægrotis igitur vere in mortis articulo constitutis, adhuc tamen sensu, quantum fieri potest, integro existentibus, solus Parochus, vel alius approbatus Sacerdos vrgentre necessitate hoc Sacramentum con-

K a ferat,

ferat, dñeque modum obseruare teneatur. Videlicet, Parochus superpolliceo, & stola violacea indutus vas cum oleo intinctorum velo cooperatum viraque manu getabit, praecedente ministro, vel Clerico cum cotta Crucem sine hasta, & aquam benedictam cum aspergendo, ac Rituale deferente; & sic progrediatur viq; ad ægroti domum, in qua parua sit mensa cum aqua illini, & catino, in quo sint tot partes gossippij, vel stupæ lineaæ, quot sunt vñctiones faciendaæ, & in alio catino ponatur mica panis pro ablutione manuum Sacerdotis. insuper præparetur cerea candela, quæ accensa ingens lumen præbeat: si verò infirmus aliam Crucem non habeat, Parochus eandem, quam secum detulerit, apud infirmum relinquat.

Quibus omnibus sic opportunè dispositis, ac præparatis moneat Parochus infirmum, illumq; consoletur, vt à curis, periculis, & momentaneo vitæ huius amore ad spem, & salutis æternæ desiderium mentem erigat: Dæmonum incursum valida peccatorum suorum contritione conculceret: metum mortis, quam esse somnium consideret, dulcissima Paradisi cogitatione conteniat: condonationem, ac veniam peccatorum à Christo Salvatore non desperet, sed confidenter cupiat esse cum Christo: voluntatemq; suam diuinæ subijciat voluntati, in cuiusque potentissimas manus se totum resignet. Parochus deinde astantium animos ad preces pro infirmo effundendas ad Deum hortetur, & aqua benedicta ægrotum, lectumque asperget, posteaq; hoc ei sacramentum administret modo, & forma in Rituale Romano præscripta. Præsertim verò caueat, nè sacro oleo mortuorum corpora illiniat; sed in dubio, apponat in administratione conditionem, videlicet, si es viuus, pér istam vñctionem, &c.

^{1.} Silvstr. v. Vn. Cto. n. 5. in fin. Ar. mill. v. Vactio. n. 7.

Cum

Cum autem anima è corpore ad Creatorum euclauerit, subito ab vñctione desistat.

Infirmo autem peruncto, stupam, qua inunctas sacro oleo corporis partes, proprioq; digitos Sacerdos abstulerit, nō ibidem in domo ægrotantis comburat, sed illam in vase, aut sacculo positam deferat ad Ecclesiam: eiusdem combustæ cineres in sacrario recondat.

Caeant præ cæteris Parochi, vt in hoc ministrando sacramento omnem adhibeant diligentiam, atq; sedulitatem, & quacunq; hora vocati fuerint, ad vngendum infirmum, nulla interposita mora, accédat: quod si aliquem propter segnitiem, aut Parochi negligentiam absq; huius Sacramenti subsidio ab humanis discedere contingat, iuxta culpa qualitatem sciant se non modo poenias à sacris Canonibus impotitas, verum & alias arbitrio nostro incursum.

De Pertinentibus ad Sacramentum Ordinis, Cap. VIII.

OMnes, qui in posterum ad quoscunq; promoueri ordines voluerint, per mensem ante ordinacionem, Nos, aut Vicarium nostrum adeant pro commissione inquisitionis, ¹ vt eorum nominibus, & desiderijs publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribüs, ac vita, nec non patrimonij titulo ex Populi relatione exactam, certamq; habeamus cognitionem.

Parochi igitur inter Missarum solemnia bis diebus festiuis, formula inferius registranda, Populum alloquantur. Testes prætereat à Vicario nostro generali examinentur, vt certissimis probationum documentis

¹ cap. cof. de temp. ordin. in 6. Concil. Trid. sess. 23.c.8.de Reform.

² Conc. Trid. sess. 23.c.5.de Reform.

³ cap. quand. 44. dist. e cum in sacris de elect.

tis nobis constare possit, fundum, pensiones, beneficia, aut alia huiusmodi bona, quæ in titulum patrimonij assignantur, ab ipsis ordinandis verè possideri iure dominij, ac bono titulo, & eorumdem nomine coli, ac fructus ab eisdem percipi: nec nō vt fructuum quantitas nobis innotescat; super quibus omnibus testes formaliter examinati, concidentem scientiam causam, ac rationem afferre teneantur.

Quamobrem seuerissimis arbitrio nostro iniungendis poenit, omnibus, & quibuscumq; interdicimus, nè fides, ac testimonia pro ordinandis exhibeant, nisi indubitate, & certissimè sciant ipsos tales esse, quales tantur.

Nè autem sacrosanti Concilij Trid. decreta fraudolenter eludantur, sciant cuncti, neminem ad sacros ordines, nisi pro Ecclesiæ & utilitate, ac necessitate nos vllatenus esse admissuros: nec minus recedendi, facultatem, nisi quinquennio saltem transacto, eisdem concessuros.

Nullus ordinandorum preces, aut intercessiones ad ordinationis suæ subsidia adiungat, aut interponat: aliàs per annum ab ordinatione arceatur.

Ab externis verò Episcopis nostro accidente consensu ordinati, infra mensem post susceptos ordines, atq; ante eorumdem ordinum exercitium testimoniales in actis Curiae nostræ Episcopalis redigere teneantur.

Et quia sèpissimè per subreptionem, ac obreptionem Dioecesis nostræ beneficia ab Apostolica sede obtinentur à nonnullis eorumdem beneficiorum possessiones clandestinè inuadentibus; ideo, vt malignantium, ac mendacium malitiæ occurramus, districte præcipimus, ac mandamus, vt omnes ab Apostolicæ sedis amplitudine beneficiorum prouisiones conser-

⁴ cap. Diaconi sunt.
⁵ nu. autem 93 dicit.
Conc. Trid. less. 23.
c. 1. de Reform.

¹ less. 23. cap. 3 &c.
¹⁰ de Reform.
³ c. neminem. 70:
dicit.

evti, expeditas suæ prouisionis Bullas coram nobis præsentare, & in actis Curiae nostræ redigere teneantur, vt earū executio nobis, vel Vicario nostro foraneo commissa legitimè expediatur.

Qui verò ordinaria nostra auctoritate prouisi fuerint, concessæ sibi ipsis gratiæ executionem, ac beneficij prouisionem à nobis Vicario nostro foraneo, ac Notario subdelegatam sinè expensarum dispendio consequentur. qui contrà fecerint, pœnam amissionis fructuum annualium incurrant.

Ad clericalem tonsurā promouendi sacro chrisma te confirmati sint: fidei rudimenta, legendi, ¹ scribendiq; habeant peritiam: non ecclesiasticis censuris, ² aut canonico sint impedimento irretiti.

Non baptizati, ³ mulieres, ⁴ serui, ⁵ publicis rationibus, & curialibus negotijs impliciti, ⁶ Irregulares, ⁷ infames, publico notati criminis, ⁸ Bigami, ⁹ Eunuchi, ¹⁰ qui sibi facta, aut consensu virilia abscederunt, corpore vitiat, ¹¹ aut notabiliter deformati, ¹² Nothi, ¹³ Vxorati, ¹⁴ Neophyti, ¹⁵ amentes, ¹⁶ furiosi, ¹⁷ energumeni, ¹⁸ ac deniq; comitali morbo laborantes à sacrorum ordinum limine arceantur.

Beneficia, pensiones, sèu patrimonia, quæ in titulum promotis assignata fuerint, resignare, extinguere, alienare, aut aliàs distrahere nemo audeat: nisi promotis sufficiens aliundè suppetat victus. aliàs resignaciones, cessiones, extinctiones, aut alienationes præfatas, nullas, & irritas, ac nullum firmitatis robur obtainere declaramus. ¹ Qui verò Beneficium, Pensionem, aut Patrimonium se obtainere falsò afferuerint, tamdiù à susceptis ordinibus suspendantur, quamdiù verè, ac realiter Beneficij, Pensionis, sèu Patrimonij iustum, ac legitimum titulum, ac realem possessionem fuerint afferuti. Qui autem præfata mendaci-

asser.

- ¹ c. illiteratos. 36.
dist. c. quando. 26.
distin.
- ² c. miror. & cap.
cleric. 50. dist.
- ³ c. veniens. de Præf.
bit. non Bapt.
- ⁴ c. mulieres 32 dist.
- ⁵ c. de seruorum,
& toto tit. de sera.
non ordin.
- ⁶ c. 1. de oblig. ad
rat. non ordin.
- ⁷ c. sape. de temp.
ord. in 6.
- ⁸ c. laici. 33 dist.
- ⁹ c. si quis. 33. dist.
- ¹⁰ c. si quis. 55. dist.
- ¹¹ d. c. illiteratos.
36. distin.
- ¹² tot. tit. de fil.
præsb.
- ¹³ extrauag. Ioan.
- ¹⁴ antiquæ. 48. dist.
- ¹⁵ c. qui in aliquo.
51. dist.
- ¹⁶ c. communiter.
33. dist.
- ¹⁷ c. marit. 33. dist.
- ¹ c. Sanctorum. 70.
distin. Conc. Trid.
less. 23. cap. 3. de
Reform.

assertioni testimonium, auxilium, sèu consilium dolorè præstiterint, ad subministranda sic ordinato aliena de proprijs bonis teneantur.

resp. si quis. & c.
seq. 71. dist. c. cle-
riorum. 71. dist.
Conc. Trid. sess. 23.
c. 8. de Reformat.

Exteri, & alienæ iurisdictionis Clerici, tam seculares, quam Regulares, ad sacros ordines non admittentur, nisi dimissoriales litteras per lex ad summum ante menses subscriptas, atq; authentico sigillo muneras à suo ordinario Episcopo attulerint.

Nemo in posterum ex Hispanis, Lusitanis, Gallis, alijsq; quibusunque ultramontanis, & ex quibusuis locis extra Italiā oriundis coram nobis compareat tam ad sacros, quam etiam ad minores ordines, vel clericalem charactem suscipiendum, nisi habeat litteras dimissoriales sui ordinarij à Nuntijs Apostolicis, sèu collectoribus in his partibus commorantibus recognitas, probatas, & subscriptas, eorumdemque Nuntiorum, sèu Collectorum subscriptiones ab Illusterrimo, & Reuerendiss. D. S. D. N. Papæ Vicario in spiritualibus Generali in Alma Vrbe similiter examinatas, recognitas, & approbatas, sub pœnâ arbitrio nostro infligendis.

Pariter nemo audeat pro suscipiendis ordinibus sacris afferre falsa, vel ficta, aut fiduciaria Patrimonia contra præscriptum Const. S. D. Urbani Diuina prudenteria Papæ Octauij sub Dat. Romæ apud S. Petrum Die 11. Decembbris 1626. incipientem Secretis, &c.

Animaduertant Itali, si qui forsan coram Nobis comparuerint, & clericali charactere insigniri, vel ad minores ordines promoueri à Nobis obtinuerint cum falsis dimissorijs, etiam si qualitatibus requisitis prædicti sint, nè incurvant in pœnâ a dicta Const. infictâ, quæ est, secuta Iudicis Ecclesiastici declaratione, priuationis priuilegij illius fori, & subjectionis secula-

culari iurisdictioni.

Bona Patrimonialia alicui Clerico assignata, & ad ipsorum titulum promoto, non solum à quoconque grauamine laicali sunt exempta, donec de bonis Ecclesiasticis ad sui substantiationem competenter sit prouisus, vt pluries fuit decismus à sacra Congregatione Sgrauaminum, & in Cancellaria nostra Episcopali C. Castellanæ extat eiusdem rescriptum; verum etiam gaudent, & frauntur priuilegijs, & exemptionibus Beneficijs Ecclesiasticis concisis.

Ad tollendas omnes lites, quæ in futurum oriri possunt, pari modo declaramus bona relista, & legata Ecclesijs, locis pijs, aut personis Ecclesiasticis, immunia esse non solum ab oneribus publicis antè appositis, verum etiam apponendis à Communitatibus, siue alijs.

Die 10. Apr. 1615
Gonzales super 8;
reg. Cancell. glos.
f. 8. 10. nn. 14.

Rota coram R. P. B.
Penna in vna Brus-
duina Gallesij 13.
Febr. 1604.

De Pertinentibus ad Sacramentum Matrimoniij. Cap. IX.

SAcrosancti Matrimonij reuerentiam, ac religiosum nobis omnipotens rerum omnium conditor Deus insinuauit, cum in primo Mundi nascentis exordio primæuos nostros Parentes in terrestri Paradiso maritali vinculo coniunxit; & in lege renouata, ac renascentis gratia Christus Dominus Matrimonii non modò propria præsentia in nuptijs Canæ Gallæ approbavit; verum inter septem Ecclesiæ Sacraenta collocauit, atq; instituit, vt tanquam manifestum suæ cum Ecclesia coniunctionis signum, ac documentum relinquaret. Hinc meritò Vas electionis Diuus Paulus tanti Sacrameti encomia breui, ad Ephesios. 5. sed ineffabili claudens compendio magnum illud appellauit.

Genesis. 1. Concil.
Trid. fest. 24 cap. 1

ad Ephesios. 5.

82

pellavit. Consequens igitur est, ut tantum Sacramen-
tum, tantisq; fecundatum mysterijs non nisi piè, ac
religiose tractetur.

Quarè enixè monentur fideles, ut dignè ad tanti
gratiam Sacramenti accedere nitantur. & ut maiori
fructu, ac deuotione fidelibus ministretur, his statutis
ministros instruendos decreuimus.

Conc. Trid. sess. 24.
de Refor. matrim.
cap. 1. s. ne verò.

d. cap. 1. s. id circò.

Conc. Trid. sess. 24.
c. 1. de Reformat.
matrim.

Ad tollenda igitur scandala, quæ ex clandestinis
matrimonij oriuntur, omnibus Curatis expressè
mandamus, ut bis in anno, scilicet Kal. Ianuarij, &
prima Dominica mensis Iulij inter Missarū solemnia,
populo astante, alta voce, ac intelligibili, materna
Diœcesis nostræ lingua, iuxta Populi capacitatem
perlegant, ac publicent decretum Sacratissimi Conc.
Trid. positum in sess. 24. cap. 1. de Reformat. Matri-
monij. S. ne verò &c. in coq; contenta obseruent, ac
obseruari faciant.

Et ut futuri matrimonij impedimenta, si qua fuerint,
facilius patefieri, & deferri possint; denuncia-
tiones trinæ, quæ matrimonia præcedere debent, Do-
minicis, aut festis diebus de præcepto à Parocho fiant
inter Missarum solemnia, ad quæ Populus frequen-
tior conuenire solet: & inter quos matrimonium sit
contrahendum, denunciet tam viri, quam mulieris
Parochus, si contrahentes diuersæ fuerint Parochiæ:
Populumq; admoneat, illos, qui aliquid nouerint im-
minere, quo matrimonium celebrandum possit im-
pediri, sub excommunicationis vinculo ad illud re-
uelandum teneri, ac prorsus esse obligatos. Si verò
dubitatio aliqua, aut difficultas suboriatur, quæ: ma-
trimonium impedire posse videatur; Parochi eam
statim nobis deferant, diligenti peritorum examine
tollendam.

Nunquam autem Sponsos diuersæ Parochiæ, seu
Diœce-

83

Diœcesis in matrimonium coniungant Parochi, nisi
prius denunciationes ab altero etiam Parocho ritè
factas, nullumq; fuisse renunciatum impedimentum,
fidieli sibi ipsis testimonio, ab ordinario, ac alienæ
Diœcesis Parocho subscripto, à nobis etiam pariter
approbato constiterit.

Et quoniam matrimonia in gradu prohibito con-
tracta, nulla sunt: Ideò, ut certa, sancta, atq; in gra-
dibus permisis licita sicut coniugia, Parochi huius-
modi impedimenta, & præsertim ea, quæ ex cognatione
tum sanguinis, tum spirituali, qualis contrahitur
in Baptismo & Confirmatione, pariterq; ea, quæ
ex affinitate, seu copula, tam licita, quam illicita
proueniunt, diligenter ediscant, Populorumq; animis
frequenter insinuent.

Quilibet Parochus iuxta S. Conc. Trid. præscriptū,
ad conseruandam matrimoniorum memoriam, quæ
in sua contrahuntur Parochia, librum ad hoc desti-
natum habeat, in quo denunciationes ab ipso factas,
coniugesque ac testimoniis nomina, forma in Rituali de-
scripta, diligenter describat. Hunc verò librum in
loco tuto fideliciter seruet, illiusq; authenticum exem-
plum singulis annis in hac nostra Curia consignabit,
ut perpetua matrimoniorum, quæ deinceps contra-
hentur, memoria in omnem posteritatem seruetur.

Si Parochus alteri Sacerdoti licentiam permiserit
suo nomine celebrandi matrimonium, illius celebra-
tioni nullatenus intersit: illudq; in præfato libro ad-
notabit

Transactis duobus mensibus à die ultimæ denun-
ciationis matrimonij, Sponsi in Matrimonium non
coniungantur, nisi iterum factis eiusdem Matrimonij
denunciationibus.

Matrimonia eodem die non contrahantur, quo fit

L 2 vltima

Conc. Trid. sess. 24.
c. 1. s. 3. 4. 5.

d. sess. 24. cap. 1. de
Reformat. matrim. si
habeat Parochus.

vltima denunciatio, nisi forte Aduentus, vel Quadragesima eam diem immediate subsequatur.

Parochus Sponsas non coniungat in Matrimonio, nisi Sponsa caput obuelauerit, & vterq; ipsorum ea, quæ ad salutem necessaria sunt, videlicet fideli articulos, vel Symbolum Apostolicum, præcepta Decalogi, Ecclesiæque, orationem Dominicam, atq; Angelicam Salutationem memoriter recitauerint: de quo in prima Matrimonij denunciatione Sponsos Parochus commoneat.

Conc. Trid. s. 4.
de Reform. matr. cap. 7.

Innoc. 3. in Concil.
Lateranen. general.
cap. 63.

Conc. Trid. d. s. 4
c. 1. de Refor. matr.
§. postmod.

Alienigenas, exterros, ac vagantes homines ad Matrimonia in nostra Dioecesi, sine nostra expressa facultate, ac diligentí informatione in Tribunali nostro capienda, nullus Parochus sub poena suspensionis admittat.

Moneat Parochus Sponsos, vt antequam contrahant, vel saltem triduo ante Matrimonij consummationem peccata confiteantur, & Sanctissimæ Eucharistiaæ Sacramētum percipient, vt fœlicissimis diuinæ gratiæ auspicijs salutarem Matrimonij gratiam consequentes, pacem ac amorem in toto viræ suæ curriculo valeant conseruare. Benedictionem verò cum celebratione Missæ, alijq; iuxta Rituale exhibitis cæremonijs omnino accipiunt.

Cone. Trid. d. s. 4.
24. cap 9. & cum
& c. 1. §. præterea.

Sæpè etiam in memoriam fidelium Parochus reuocare studeat, Matrimonia debere esse libera, nec ulli impulsionis, scū coactionis directæ, aut indirectæ vinculo, sub poena anathematis, subiacere; sed abso-luto liberæ voluntatis arbitrio moderari ea, quæ solo assensu perficiuntur.

Et quoniam ex frequentioribus visitationibus quæ solemnem Matrimonij contractum præcedunt, ex de-prauatis hominū moribus sæpè scandala, quinimmò etiam, quod pessimum est, copula inter Sponsos emana-

emanare consuevit; Ideò ante celebrationem Matrimonij in faciem Ecclesiæ, Sponsi ab huiusmodi frequentioribus visitationibus sub poena quinquaginta scutorum prorsus abstineant. Quinimmò & Parochis præcipimus, vt eosdem commoneant, se publicè Matrimonia non denunciaturos, nisi à prædictis omnino abstinuerint. quod si ante celebrationem Matrimonij in faciem Ecclesiæ se carnaliter cognoscere ausi fuerint, non modò pecuniaris, vt suprà, verùm alijs arbitrio nostro iniungendis poenis, ac publicis penitentijs, reseruata etiam nobis absolutione, subiicientur.

Primas contrahens nuptias benedicatur: è sponsis verò contrahens secundas, careat benedictione.

Nuptiarum solemnitates, scilicet benedictiones, coniuia, &c. & sponsa ad domum Sponsi traductio, non celebrentur ab Aduento Domini usq; ad diem Epiphaniae, & à die Cineri usq; ad octauam Paschatis inclusiue.

Caveant deniq; Parochi, nè Sponsos alibi quam in Ecclesia Parochiali ante altare maius, vbi etiam fiet benedictio iuxta formam Missalis de mane, orto iam sole, non ante diem, coram tribus testibus idoneis coniugant. Et ad occurrentum difficultatibus, & controversijs, quæ ex præsum pro metu, scilicet vi posunt insurgere; animaduertat Parochus, vt à Sponsis per explicita verba affirmatiua, & non per modestum, tantummodo silentium, eorum exigat voluntatem, & assensum. Cætera verò omnia, quæ ad legitimam Matrimonij celebrationem pertinent, religiosè, ac modestè fiant, amotis iocis, risu, verbis dishonestis, alijsque similibus nughis: omni deniq; visu indecoro, alijsq; huiusmodi rebus penitus exclusis. Hoc enim Sacramentū, quod sanctum est, sanctè tractari debet.

SESSIO

Rituale Rom. de sa-
cramento matrim.

c. si quis diuinis c.
nostrates. 30. q. 5.

SESSIO QVARTA.

*De Sacrosanctis Ecclesiis, & earum cultu.**Cap. I.*

OMVM Dei, in qua Sacrosancta perficiuntur mysteria, & Deus ipse cum hominibus habitans de præpotenti, excelsog; sue gloriae folio supplicantium preces exaudit, non solum decet sanctitudo, sed etiam decor: cum illam omni cultu, ornatuq; miro visendam, sicut sponsam ornatam viro suo Ioannes Apostolus describat.

Decretis igitur in generali visitatione anni præteriti factis inhærentes, hæc præscribenda statuimus, quæ ad frequentiorem Ecclesiarnm vsum, & ornatum necessaria, & opportuna esse duximus.

Quarè nullæ Ecclesiæ, oratoria, Capellæ, aut Religiosorum Monasteria de nouo, sine nostra facultate in scriptis obtinenda, ædificentur, aut construantur, & nisi prius omnia, ac singula in Const. S. D. N. Urbani Octavi præscripta præcedant. In Ecclesijs verò, Oratorijs, seu Capellis iam exstructis, & nostræ iurisdictioni subiectis nihil magni momenti destrui, reædificari, innouariè mandamus, sub poenis arbitrio nostro incurriendis.

Ecclesiæ autem iam vetustate consumptæ, aut collabentes, infra sex menses à presentis Constitutionis publicatione decurrēdos, iuxta competentes facultates reparantur. aliæ etiam contra earumdem Ecclesiārum Rectores vsq; ad beneficiorum priuationem,

Psalms. 92.

Apocalyp. 21.

nem, seruata S. Conc. Trid. forma, exactissimè procedetur. Præfatæ verò Ecclesiæ iam dirutæ, si reparari non possint, prophanis vīsibus nunquam deseruant; sed ad perpetuam Ecclesiæ iam ibi ædificatae memoriam Crux in medio ponatur.

Archipresbyteri, & Parochi omnes carent, vt tam foris quam intus, parietes, omnesq; aliae Ecclesiæ partes ab omnibus immunditijs expurgatae, atq; emundatae conseruentur. frumenta verò, ligna, aut alia huiusmodi intra Ecclesiam sub quoouis prætextu non admittant. Octauo quolibet die diligenter verratur, & in solemnioribus festis, & semel in mense ab aranearum telis expurgetur. quod si in his Sacrifica negligens fuerit, pro qualibet vice per hebdomadam carceris poenam habeat.

In Ecclesia, præsertim cum diuina celebrantur officia, vel diuinum Verbum prædicatur, nemo deambulare, nugari, circulos habere, negotiari, alloqui mulieres, Altaribus, fontibus Baptismi, & aquæ benedictæ adhærere, in limine, aut ante fores immorari auersus à sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, seu, quando in Missæ sacrificio eleuatur, irreuerenter sedere audeat. Omnia verò, & singula, quæ diuina officia turbare, vel diuinæ maiestatis cultum offendere possunt, prorsus amoueantur, nè vbi peccatorum veniam est impetranda, ibi diuinæ vltionis iustitia irriteretur. In quibus omnibus saluberrimam fel. rec. Pij V. Constitutionem obseruari mandamus. qui verò contrafecerint, à Rectore vel alio Ecclesiæ ministro monentur, & si non paruerint, aut ab Ecclesiæ expellantur, aut à diuinis cessetur. quod si neutrum comodè perfici possit, ad nos, vel Vicarium nostrum statim deferantur.

Illud præ cæteris hominū animos ad reuerentiam,

ac

Conc. Trident. sess. 7. cap. 8. & sess. 21. de Reform. cap. 7. & 8.

Conc. Trident. sess. 22. de obser. in celebr. miss. ab ecclesijs.

In Bull. quæ incip. cum primum. anno ab Incarnatione. 1563. Kal. Aprilis. in Veteri Bull. n. 5.

Eugenius 2. & Leo
4. in Synodo Rom.
cap. 4.

Ioannis. 2.

Exd. Bull. Pij. V. 5.
in Bull.

88
ac religionem in Ecclesia seruandam commonere debet, quod scilicet Deus scrutator est cordium: omnes respicit cogitationes: omnia denique verba, etiam otiosa enumerat. Illudque præcipue humanas mentes à negotijs in Ecclesia Dei tractandis auertat, quod Christus Dominus noster ementes, ac vendentes licita sibi in templo offerri, non impudicos, rixosos, non icosa aut turpia proferentes verba, funiculo è templo eiecit.

Nemo venaticos canes, aut volucres, hastas, sclopetos, balistas, aliaq; huiusmodi armorum genera audeat in Ecclesiam inferre.

Pauperes verò ad quæstum nè diuagentur per Ecclesiam, sed in foribus Ecclesiæ tenuitati suæ petant suffragia. in hoc Sacristæ etiam Regulares diligenter inuigilent, sub poenis in Constit. fel. recor. Pii V. contentis.

De præcipuis Ecclesiæ partibus, & de Pauimento. Cap. II.

Ecclesiæ, Capellarumq; pauimenta vbiq; sint plana, & æqua, non foueis corrosa, aut rimis disiuncta, vel tuberculis eminentia, sed laterculis coctilibus sternantur, in quibus neque Crucis, neque aliarum sacrarum imaginum, aut aliquarum eiūmodi rerum, quæ sacri mysterii typum præ se ferant, imagines exprimantur.

Nunquam pro sepeliendis defunctorum cadaueribus, aut pro capsis reponendis effodianter, sed mortuorum corpora destinatis condantur sepulchris, quæ marmoreo lapide plano, & integro, ac ad arcendum fœtorē benè clauso operiantur, vel in cœmeteriis solitus humentur, sub poena interdicti eo ipso incurrenda.

De

89

De foribus.

In facie Ecclesiarum, præsertim Parochialium supra ostium maius sancti, Sanctævè Titularis, de corè, religioseq; pingatur imago. quod si Ecclesia Annunciationis, Assumptionis, vel Nativitatis B. Virginis titulo nuncupetur, eiusdem Beatiss. Virginis secundum mysterij rationem effigies exprimatur.

Valuæ, aut ostium ex nucis, siue alterius generis asperibus decenter construantur, quæ non ornamentum modo, sed & fortitudinem habeant. pessulis, seris, clauibusq; firmissime munitantur, ut opportunè claudi ad prohibendum ventis, ac imbris ingressum, & ad purioris aeris admittendam temperiem sereno Cœlo possint referari. Oratoria verò campestria cancellis omnino munitantur. quod si Domini rum paupertas prohibeat, penitus diruantur, & eorum materia, siue cæmenta iuxta S. Conc. Trid. præscriptum Parochiali Ecclesiæ applicentur.

Pro facili autem, ac diligentí Ecclesiarum custodia præcipimus, vt sub primam noctis horam, ac finitis officijs, fores claudantur, & in Aurora aperiantur. In nocte verò nunquam apertæ maneant, nisi aliqua pro sacramentis ministrandis vrgeat necessitas, vt improbis patrandorum facinorum in Ecclesijs subtrahatur occasio. Si in his Sacrista, aut Ostiarius defecerit, pro qualibet vice per hebdomadam carceris poena multetur. & sub eisdem incurrentis poenis, quando Ecclesia est aperta, ipse, vel alias Clericus ad Ecclesiæ custodiæ atlstat.

In Sacratio nullus vel die, vel nocte, nè ad captandum quidem quietem obdormire audeat, sub poena scutorum quinq; pro qualibet vice.

M

De

c. cleris. 2. d. diff. c.
perleatis 2. d. l. c.
1. & 2. de off. cur.

Secl. 3. cap. 7.

De vase Aqua Benedictæ.

VAS ad lustralis aquæ conseruationem, ex marmore, aut aliquo alio solido lapide extruatur: atq; in ipso Ecclesiæ ingressu prope portam ad latus dexterum ingredientium decenter erigatur, & aptetur, eidemq; aspersorium alligetur. Si verò Ecclesia plures portas habuerit, cuilibet vas mediocre saltem apponatur.

De fenestris.

FENESTRÆ ità extreuantur, vt nemini per illas intra Ecclesiam pateat aspectus. sint forma oblonga: fenestra tamen superior in facie, quam Ecclesiæ oculum appellamus, rotunda sit: inferiores, si quæ fuerint, cratibus ferreis muniantur. omnes verò vitreis specularibus, aut saltē cerata tela obseruentur.

De Altaribus, & Capellis.

e. Ecclesiæ de Cō-
sec. diff. i. c altaria.
diff. i. de Consec.

Altaria de nouo erigere, aut antiqua de loco ad locum transferre, etiam portatilia, sine nostra licentia nullus audeat. quæ indotata sunt, nisi decenter linteis, ac pallijs cooperta, alijsq; instructa ornamentis fuerint, penitus diruantur. non lignea, sed lapidea, vel ex opere lateritio construeta sint, latitudinis trium palmorum, longitudinis septem, altitudinis quatuor.

Vnumquodq; altare, si totum consecratum non fuerit, aram habeat, siue altariolum paruum lapideū consecratum, siue ligno circundatum, sic aptatum, atq; accommodatum, vt super eodem hostia conse-
crata,

Reb. Miss. c. 20.

crata, & calix percommode collocetur, dum sacro-sanctum Missæ celebratur sacrificium, cum sacram crucem repræsentet. Super altari colloctur Icona, seù alicuius sancti illius Tirularis imago decenter depicta, nulla ex parte corrosa, aut deprauata, ante quam tela ductilis suspendatur, qua opportunis temporibus Sacra Imago possit cooperiri, aut velari. Insuper imponantur duo candelabra ex orichaleo, vel ligno propolite, & decenter depicta: ferrea prohibemus omnino. Crux ponatur in medio vnâ cum secretorum tabella. Mappas, seù tobaleas tres ad Missæ sacrificium necessarias, pallium ex serico, vel alia idonea constructum materia, scabellum paruum, seù pulvinar Missali supponendum: nec non bradellam ita firmatam, vt Sacerdotum, & Ministrorum pedibus conculcata non obstrepat, aut crepitet: telaria deniq; pro extēndendis pallijs sine ruga altaria debent habere cum vncinulis ferreis in parte superiori, & inferiore, vt bene fermentur.

Altare verò maius, cæteraq; minora, quæ fornicibus non sunt cooperta, baldachino operiantur.

Et quia in Visitationib' nuper factis inuenimus non-nulos sibi iura in quibusdam altaribus competerent prætendentes, quibus diuersos ad probanda, ac deducenda eorum iura terminos assignauimus; ideo à præsentis Constitutionis publicatione, alios duos menses assignamus, vt legitimè deductis ipsorum iuribus de necessariis rebus præfata altaria prouidere possint. alias ad tollendam ab Ecclesia Dei talem indecentiam, destruentur, vel volentibus illa de opportunis prouidere concedentur.

Pro majoris Altaris ornatu, præter solitum tabernaculum, in quo sacrosancta Eucharistia asservantur, sex adsint candelabra, præsertim in Cathedralibus, &

Collegiatis. In Parochialibus verò saltē quatuor ex orichalco, vnā cum Cruce ex eadem pariter materia: quæ gradu ligneo decenti colore depicto, latitudinis vnciarum sex aut septem, & altitudinis vnciarum trium cum dimidio sustententur.

Quodlibet Altare habeat telam cœruleam, aut viridem ad operiendam mensam post Missæ celebratiōnem, vt mappæ à puluere ac sordibus facilius possint defendi, ac mundæ conseruari. à latere Epistolaæ candelabrum grandius muro affixum, siuè ligneum ornatè depictum, siuè ex orichalco extructum locetur, cui intorticum in eleuatione sanctissimi Sacramenti accendentum imponatur.

De Tabernaculo.

TAbernaculum non è tabulis, aut asseribus nucēis, vel alijs, quæ humiditatem gignunt, sed ex populeis, aut similibus perpolite elaboratis, ac reliquarum imaginum sculptura affabré exornatis, atq; inauratis extruatur. in illius medio armariolum aptum, & ornatum cum ostiolo sera, clauiq; munito pro sacra Pyxidis custodia ædificetur, quod panno serico albi, vel purpurei coloris intus ab omni parte circumuestiatur. clavis sit inaurata, & filo serico vnā cum flosculo suspendatur. quod idem etiam fieri potest in gradu ligneo, super quo repositum est tabernaculum pro collocanda Pyxide saltē in communionibus generalibus. Ad ornamentum tabernaculi sint conopea sericea, aut iuxta Ecclesiæ facultates ex alia decenti materia omnium colorum, quibus iuxta temporum varietatem vritur Ecclesia.

In Tabernaculo sola Pyxis cum Sacramento reposatur super corporale extenso, quod saltē bis in anno muta.

mutabitur. sub codēm Tabernaculo, aut in parte anteriori, aut in posteriori, siuè à lateribus, nulla alia extruantur armaria, nec etiam pro supellec̄tili Ecclesiæ asseruanda.

De Lampadario.

Lampadariū ante Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum semper accensum luceat. sit ex orichalco: semper mundum vnā cum vasculo vitreo conseruetur: non à latere, sed è conspectu altaris appendatur; adeòq; ab inferiori Altaris scabello, seu bradella distet, vt Sacerdotis, aliorumq; ministrorum vestes delabentis olei stillicidio (quod præcauere debet omnino Sacrista) non maculentur: in diebus solemnitatis ante officij inchoationem accendatur: finito autem officio extinguitur.

De Reliquijs.

VT Sanctorum Reliquijs debita reverentia iuxta S. Conc. Tridentini decreta ab omnibus exhibetur; decepnimus, vt in loco ad id opportunè præparato, ac destinato decenter conseruentur. locus vero huiusmodi sericeis pannis purpureis vndiq; circumuestiatur, atq; exornetur, & ostiolo duabus clavibus munito firmiter claudatur. Clavum alterum penes Sacristam maiorem, seu Camerarium, alterum penes Archipresbyterum in Collegiatis, & Cathedralibus existentem, in Parochialibus vero penes Curatum, & Vicarium foraneum deponatur. Extrinsecus vero fenestella picturis formam conopei exprimitibus sit decorata, cum inscriptione in eodem ostiolo, siuè pariete, litteris grandiusculis efformata (Reliquiae

Conc. Trid. sess. 5.
de inuocat. & ve-
nerat. Sanctor.

quiæ Sanctorum.) ut fideles in suis calamitatibus, & angustijs ad hunc locum, ad præsidia Sanctorum, quorum ibi asseruantur Reliquiæ, inuocanda possint configere.

Eidem fenestellæ tabella appendatur, in qua ipsarum Reliquiarum sit index descriptus vñâ cum antiphona, Versiculis, & oratione opportunis.

Reliquiæ omnes pretiosis vasculis iuxta earundem quantitatem, & qualitatem repositæ exornentur: nec vñquam nisi decenti ornatu decoratae in publicum exponantur.

Cum verò proponuntur, è proprijs vasculis non extrahantur, nec manibus præcipue laicorum traetentur, aut tangantur, sed consuetis repositæ vasculis, & in maiori Altare collocatae religiose venerentur. Et Sacerdos, qui solemnioribus festis illas ostendet, stolam & cottam induat, intorticijs prius iuxta Ecclesiæ facultates pluribus accensis, hymnisq; in eundem Sanctorum honorem, quorum ibi manent reliquiæ, deuotè cantatis.

Reliquiæ incertæ, quæ vel nomen, aut antiquam, certamq; traditionem non habent: sicuti etiam illæ, quæ de nouo reperiuntur, aut transportantur, nullo modo etiam à Regulatibus, nisi obtenta prius à nobis facultate, exponantur, ac secundum Concilii Tridentini præscriptum nobis ostendantur, ut adhibito peritorum, piorumque consilio, ac prævia diligenti visitatione, atque examine, quid de illis agendum sit, maturè decernatur.

Ante Reliquiarium semper vna saltem lampas ardeat. si qua verò in Ecclesia integrum corpus Sancti alicuius, vel magna illius pars asseruetur, iuxta Ecclesiæ facultates plura ardant luminaria.

De

Conc. Lateran. sub
Innoc. 3. Can. 62.

Conc. Trid. sess. 25.
de vener. Reliq:

Conc. Lateran. sub
Innoc. 3. can. 72.

De Sacris Imaginibns.

Sanctorum Imagines, quæ in Ecclesiis, Oratoriis, sciu viis publicis depictæ, nimia vetustate, aut alia de causa consumptæ, vel corrosæ cernuntur; aut instaurantur ab iis, quorum interest, aut omnino deleantur. in iis pingendis nihil prophanum quoad vestitum, vel quoad corporis forma, fluè procacitatem admisceatur. Moneantur fideles, & præsertim Patres familiæ, vt amotis è domo obsecenis, ac prophanis imaginibus, earum loco sacras Christi D. N. eiusque Sanctiss. Genitricis, ac Sanctorum imagines subrogare studeant: satiusq; esse ducant, eos eligere ad domus ornatum, quibus eiusdem domus tutelam pœ, ac deuotè, vt Christianos decet, possint commendare.

De oleis Sacris, eorumque Vasculis.

In pariete à latere Epistolæ, vel Euangeliij Altaris maioris construatur fenestella eiusdem formæ, cuius erit altera Reliquiarum custodiæ destinata. comedique modo exornetur cum inscriptione simili litteris pariter grandiusculis expressa. Olea Sancta.

In qua fenestella olei Insígniorum, Sacri Christi, & Cathecumenorum distincta vascula in capsula clave munita, & corio decocto circumtesta conserventur pro accipiendo oleis quolibet die Iouis Sancti à nobis, & non ab alijs: quibus conficiendis interueniet vñus è Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, vel Parochus Terræ, vel saltem Minister aliquis sacris ordinibus insignitus ex qualibet Terra iuxta rescriptum S. Congr. Concil. Tridentini: eaq; Parocho

C. Castell. & Hor-
tanx 8. Iunij 1614.

Parocho ipsi, seu alijs, quibus tradenda sunt, fideliter tradentur, sub pœnis arbitrio nostro incurrendis.

Parochus similiter habeat duo alia vascula parua, simul iuncta, pro oleis Chrismatis, & Cathecumenorum: quæ in alia capsula si nili pro vnu quotidiano asseruentur, & in baptisterio detineantur.

Habeat præterea aliud vasculo separatum cum oleo Infirmorum, quod in præfata fenestella repotatur.

Ad illud verò Infirmis deferendum, fiat bursa serica violacei coloris cum cordulis sericeis aptè insertis, quibus collo Sacerdotis appendi possit, dum extreemam ministraturusunctionem ad Infirmos progressitur.

Vasculo prædicta ex argento, vel stanno, non autem ex vitro confiantur, optimèq; claudantur, vt effusionis periculum evitetur.

Cuilibet etiam vasculo propria apponatur inscriptio. Vasculo Chrismatis inscribatur. C H R. Vasculo Cathecumenorum. CATH. Vasculo Infirmorum. I N F.

Olea vetera iuxta Sanctorum Canonum dispositionem quolibet anno comburantur: non in Lampadario, sed cum bombyce: cineresque in sacrario repotantur.

Quod si aliquo detentus impedimento, non possit Parochus ad sacram functionem statuto tempore accedere, præsertim vbi est solus, nec ullum socium habet; hoc casu illius personam à functionis præsentia, non autem à necessaria oleorum susceptione excimus.

In die verò Sabbati Sancti, in fonte oleis veteribus non utatur; verbaq; in Missali præscripta, nempe. Infusio Chrismatis, &c. differat in oleorum nuper accepto-

acceptorum infusionem, nisi forte aliquis esset baptizandus. Sacrorum verò oleorum infusio fiat in Vasculo, in quo aqua pro puerō baptizando asseruatur, non autem in fonte.

De Baptisterio.

VA S Baptismale fiat è marmore, solidouè alio quois lapide, non spongioso, aut poroso, sed intrinsecus optimè leuigato; operimentoq; ligneo formæ pyramidis ex firmis asseribus contegatur, & valuae sera, claviq; firmiter claudantur, & conopeo, seu baldachino decenti extrinsecus ciborium circumuestiatur, vel operiatur.

In superiori huius ciborijs parte intrinsecus sit armiolum, in quo condantur Chrismatis, & Cathecumenorum olea, suis conclusa vasis, insuper vas salis, & reliqua, quæ ad Baptismi administrationem pertinet supellex, reponatur.

In ipso fonte, vel iuxta cum fiat piscinula perforata, cuius os latè pateat: per quam delabatur aqua, quæ super caput Infantium, dum baptizantur, infunditur, nè in eundem fontem cadat, ad evitandum fœtorem, & corruptionem aquæ baptismalis. indecentissimum enim est purissimæ huius Sacramenti materie sordida, vel immunda admisceri.

Fons Baptismalis cancellis, seu balaustris ligneis circumſpiatur, idq; tam longè, lateq; pateat, vt personas in Sacramenti administratione necessarias commodè possit continere. Cancelli verò ostio pessulum sera, claviue munitum addatur, si commodè fieri poterit.

Cone. Trid. sess. 3.
5. cap. 1. aqua tamen
dem.

De Sacario.

IN qualibet Ecclesia, in qua sacrosanctum Missæ sacrificium peragitur, Sacrarium ex lapide solido concavum construatur: in fundoque habeat latum adeò foramen, ut immittenda facile recipiat, atq; in subterraneam cisternulam commodè transmittat.

In Parochialibus extruatur intra Cancellos fontis Baptismalis, ligneoq; tegumento, vel si in pariete conficiatur, fenestella pariter lignea operiatur, quæ sera, clauiq; munita firmiter claudatur.

Sacra in Altaribus existentia remoueantur, & quæ ad præscriptam formam, duorum mensium spatio, redacta non fuerint, penitus destruantur.

De Suggesto.

IN qualibet Parochiali decens Suggestus ex tabulis sectilibus, aut asseribus validis à latere Euangelij, vel alio commodiori loco, iuxta situm Ecclesiæ conspicuo, & dificitur, in quo Concio habeatur, & in solemnioribus Euangeliū decantetur.

De Confessionali.

PArochiales Ecclesiæ tot habeant Confessionalia, quot sunt Sacerdotes audiendis confessionibus destinati.

Confessionale sit à tergo, ab utroq; latere, & à parte superiori asseribus contectum: à parte vero anteriori sit apertum, ac patens. Illius basis, cui pedibus inhæret Sacerdos, saltem trium vnciarum altitudine à terra emineat, in eoq; sedes pro Confessario, ac genitio-

99
nusflexorium pro Pœnitente collocetur vna cum Imagine D. N. I. Christi Crucifixi, vel alicuius alterius Sancti, ac Bulla Coenæ Domini, & casibus potestati nostræ referuatis.

In Ruralibus verò ita Confessionalia conficiantur, vt saltem inter media aliqua tabula cum sua cruce perforata, Confessarij, ac Pœnitentis persona distinguatur adsit præterea eadem sedendi, ac genuflectendi necessaria commoditas.

De Sepulcris, ac Funeribus.

NE' Defunctorum tumulis Ecclesiæ paumenta deformentur, ea, quæ suprà de Ecclesiæ paumento mandauimus, obseruentur.

Laicorum sepulcra, aut deposita sine speciali nostra, aut Vicarij nostri Generalis facultate, nulla adificantur, eaq; nec propè Altaria, nec minus sub Altaribus extruantur. si qua tamen iam extructa præfatis locis reperiantur, amotis prius ossibus, ac cineribus claudantur.

Pro tumulandis abortiuorum animatorum corporibus locus aliquis propè Ecclesiam, non tamen consecratus assignetur: quamuis enim ad communem fidelium participationem diuinæ gratiæ suffragijs destitutos non admittamus; non tamen humanæ pietatis religionem erga creatarum à Deo animarum habitacula possumus denegare.

Ceræ omnes, quæ circa feretrum afferuntur: quæ in Altaribus, ac super sepulcris in die commemorationis omnium defunctorum, ac aliarum exequiarum solemnitatibus accenduntur, ita Deo oblatæ esse intelligentur, vt Sacrificia eius Ecclesiæ, in qua cadaver humiatur, vel Officium celebratur, semper acquirantur,

cap. præcipiendum
XIII. quæst. 2. cap.
non oportet.

San Carolus in 21:
parte decret. pro-
vinc. de funer.

N 2 tur,

tur, & sint additæ. Hoe verò decretum à Parochis in suis Ecclesijs quamprimum volumus publicari, nè ignorantia prætextus lites, & controversias soueat. In candelarum verò distributionibus, in funeralibus Defunctorum, ac quartæ funeralis solutione antiquæ seruentur consuetudines.

Pro exequijs pariter celebrandis, Missisq; in Mortuorum expiationem decantandis, antiqua seruetur consuetudo: quæ si non adsit, Sacerdoti Missam celebranti pro eleemosyna iulios duos assignari decernimus. alijs verò Sacerdotib; qui intersunt, baiochos quinq; alijsq; Clericis, tam sacris, quam minoribus ordinibus insignitis baiochos duos cum dimidio pro qualibet vice assignamus. quod etiam in Confraternitatum exequijs obseruari mandamus.

In Cerarum distributione in funeralibus, Parochi solitam habeant portionem. in reliquis verò distributioni fiat Consanguineorum arbitrio, vel eorum, quibus funeris cura fuerit demandata.

Mulieres in Virorum, aut Consanguineorum morte, Domi sine Missis non audeant permanere; sed eas diebus festis omnino volumus sacrosancto Missæ sacrificio interesse. Eisdem præcipimus, nè sub Excommunicationis poena Defunctorum cadavera ad Ecclesiam comitentur; sed domi lacrymas sistant, & lamentationes.

Defunctorum cadavera in Ecclesiam recto trahite deferantur, nec ante Ecclesiarum ianuas osculanda deponantur.

In associandis Mortuis, etiam ijs, qui in Regulariū Ecclesijs tumulantur, ipsi Regulares, præcedente Parochi consensu, ad Cathedram Collegiatam, vel Parochialem, sub qua est Defunctus, iuxta formam declarationis S. Congregationis Concil. cum Crucifixua

^a Iulij. 1610 sub.
his verbis, Debere.
Regulares ad parochiale Ecclesiam
accedere, ubi clerici congregari conseruit.

sua accedere tenentur.

Si verò alij Parochi inuitentur, Defuncti Parochus Stolam afferat, aliosq; præcedat, præter Cathedralis, vel Collegiatæ Canonicos. & cum ad Ecclesiam, in qua Defunctus erit sepelieundus, peruenient fuerit; Defuncti Parochus stolam deponat, illamque assumat Presbyter Ecclesia, in qua Defunctus erit sepeliendus: & inuitato Capitulo, vel parte ipsius, possint omnes Canonici adire, inter quos fiat distributio solitæ eleemosynæ pro æquali portione.

De Paruulorum Sepultura.

Pro Paruulorum, qui baptizati intra septennium deceidunt, corporibus sepeliendis, in quacunque Ecclesia iuxta Romanum Rituale sepulcrum assignetur, in quo adulti non admittantur. in ijs verò sepeliendis, Crux sine hasta deferatur: campanæ minores pulsentur in signum lætitiae, & gaudij: cantus, & festiui psalmi recitentur: flores spargantur, & herbarum ferta, florumque corollæ funeri, defunctoque paruulo imponantur, cuius animam credimus ad supremas beatorum sedes euolasse.

Pro ijsdem Paruulis solum celebretur Missa de Santissimo Sacramento, aut de Spiritu Sancto, aut de B. M. Virgine, seu de Angelis cum orationibus pro gratiarum actione.

De Cæmeterijs.

Cæmeteria in honore habeantur, ac religiosè custodiuntur: ideò vndequaq; claudantur, & in eorum ingressu Crates lapidea, vel saltem lignea apponantur, ne in Cæmeterijs penetralia animalibus pateat aditus.

102

aditus. Insuper ostio valuis, pessulis, clauiq; muni-
to, firmiter obseruentur; nec vñquam aperiantur, nisi
cum Defunctorum cadauera erunt inferenda. Si qua
non sint consecrata, consecrari subito mandamus.

In medio Cœmeterij Crux ferrea, seu marmorea,
aliouè quois solidò lapide constructa collocetur, &
Columnæ lateritiæ imponatur, vt loci religio omni-
bus innotescat.

Vites, arboresque omnes præter cupressus indè
amoueantur: vrticæ, spinæ, vepres, ac alia huiusmodi
penitus eradicentur, etiam si nulla Defunctorum cor-
pora in posterum illuc sint sepelienda.

De Campanis.

Num. c. 10.

Pont. Rom. de ben.
Camp.

Rota Rom.

Concil. Lateranen.
sub Leone X. sess.

11.
3. Congreg. Regul.
sub die 10. Octo-
bris. 1586.

C^Ampanæ, quas Episcopus velut Dei, Ecclesia-
rumq; tubas benedixerit, nullo modo ad usum
prophanos deseruant: excepta conuocatione consi-
liorum, & similium, vbi adest consuetudo. Itaque
prohibemus quibuscumque Iudicibus, sub poenis ar-
bitrio nostro iniungendis, ne audeant in bannis suis
imponere, vt pulsata Campana Aue Mariæ Mortuo-
rum, vel aliorum officiorum, nemo sine lumine per
Ciuitatem, seu Terram deambulare præsumat, vel
similia præcipere. quæ non sunt consecratæ, omnino
consecrentur.

In Sabbato Sancto nulla Ecclesia, etiam Regula-
rium, audeat pulsare Campanas, nisi prius in Maiori
Ecclesia signum factum fuerit. qui contrà fecerint,
iuxta lateranensis Concilij, & Sacrae Congregationis
decretum poenam scutorum 100. se nouerint incur-
suros.

Vbi Parochus Parochiani sui obitum intellexerit,
campanam eodem pulsabit modo, quo consuevit sa-
luta.

103

Iutationem Angelicam Populorum auribus insonare,
addat præterea intermissos aliquos pulsus, quibus
Populo orationem pro Defunto habendam insinuet.
In personandis autem pro Mortuo Campanis, Ciuita-
tum, locorumque antiquæ, ac solitæ consuerudines
obseruentur: præsertim, dum cadauer è domo ad Ec-
clesiam efferetur.

De Choro.

I N Choro Armarium construatur, in quo libri Ec-
clesiae ad psalmodiam, aliumq; Chori usum con-
seruentur, pariterque lectorile. ad usum vero Chori
sunt Psalmistæ, Antiphonaria, Graduale pro toto an-
no, Martyrologium, & Breuaria saltem duo cum suis
signaculis, quibus inuenta annotentur. chartarum
flexionē pro notandis inuentis omnino prohibemus,

De Sacristia, & Sacristis.

I N qualibet Parochiali Ecclesia quæ locum pro Sa-
cristia destinatum non habuerit, Sacristia ædifice-
tur, quæ ostio firmis valuis, pessulo, sera, clauique
munito claudatur.

Extratur præterea Armarium, quod capsulas du-
stiles habeat longè, latèq; patentes, in quibus iuxta
locorum varietatem, ac situm Indumenta sacra ex-
pansa, disperitaque ordinatim, ac perpolite custo-
diantur.

Adsit præterea lauacrum, aut seytulus cum labello,
ac manutergio ad abluendas, atque abstergendas
Sacerdotum manus ante & post celebrationem: nec
alii in eodem lauentur, nec abstergantur, sub poena
vnius scuti pro qualibet vice Sacristie applicandi. In-
super

c. nemo. de Cōfēc.
distin. t.

super genuflexorium ante Imaginem Salvatoris, illius Passionem repräsentantem ponatur cum tabella orationum pro præparatione Missæ, vbi Sacerdos celebratus animum ad tanti mysterij contemplationem colligere possit in oratione, ac gratiarum actione. nec non opportuna ibi sedes collocetur pro Confessario, qui Sacerdotum reconciliationes audire possit.

Vasa, Vestes, aliaq; huiusmodi ornamenta iuxta Ecclesiarum facultates, ac redditus in Ecclesijs habentur: quorum omnium, ac singulorum distinctum fiat Inuentarium, in Cathedrali, & Collegiatis Maiori Sacristæ vel Camerario, in Parochialibus verò Sacristæ Minori, aut ipsimet Parocho consignandū: quod in libro ad id destinato registretur vnā cum nota, ac descriptione rerum omnium, quæ superuenient, vt omni tempore cuilibet Ecclesiastica supellex innescat.

Ecclesiasticam verò, sacratamq; supellestilem nemo ad prophanos usus audeat accommodare, sub pena scutorum X. pro qualibet vice incurrenda; sed integra, munda, ac perpolita, suis aptè disposita locis, decenter à sordibus, ac puluere custodiatur. linea frequenter abluitur, ac dealbetur: Purificatoria verò, ac Corporalia ab ipsis solummodo Sacerdotibus, aut Clericis sacris ordinibus insignitis lauentur. eorum verò ablutiones in piscinulam, sèu Sacrum profluant: & pro ijs abluendis sit in Sacristia peluis grandior, quæ ad alium usum non applicetur.

In loco conspicuo eiusdem Sacristiæ apponatur Tabella Clericorum, qui seruitio Ecclesiæ sunt ascripti. sit pariter alia Tabella, in qua anniversariae Missæ, & alia huiusmodi officia describantur, quæ in singulas hebdomadas certis, statutisq; diebus à quolibet Sacerdote in singulis Altaribus, Capellisq; iuxta institutionis,

stitutionis, aut foundationis earumdem Capellarum, aut Altarium tenorem, sèu ex legato, sèu ex alia quævis obligatione erunt præstanta.

Adfir quoq; liber Missarum, in quo Sacerdos propria manu describat, sèu annotet Missam, quam celebrauit ex legato, siue alia obligatione, aut deuotione.

Curabit Sacrista Maior, vt Sacerdotes celebraturi iuxta gradus, dignitatis, sèu ordinis prærogatiuam exeat. Sacerdos verò, qui nullo obligationis vinculo astritus, sed solo deuotionis affectu celebrare voluerit, exeat, quandocunq; voluerit, & humaniter præ cæteris, ac fauorabiliter tractetur.

Si plures celebrandæ sint missæ, prima summo mane, postrema post conuentualem, reliquæ verò iuxta temporum interstitia recitentur. finita autem conclave, statim ad maiorem Populi commoditatem Missa celebrabitur. Obligatis hora certa assignetur, vt quilibet muneri suo ordinatim, & commodè satisfaciat.

Quolibet die Sabbati, Missarum liber per Sacristam Maiorem reuidetur, vt missæ prætermissæ in sequenti hebdomada opportunè suppleantur. quod si Sacrista Maior opportunè de impedimento non valentis celebrare præmoneatur, eadem die per alium, vñcunque poterit, supplendum curet. aliás nobis, vel Vicario nostro Generali, aut Foraneo deferatur, vt opportunis pœnis possit prouideri.

Sacrista denique partes erunt custodiā, nitorem, ac munditiem Sacrorum Vasorum, Vestimentorum Ecclesiasticorum, ac totius sacrae supellestilis curare; neenon lumina, candelas, oleum, vinum, hostias, cæteraq; ad diuinorum officiorum administrationem necessaria sedulò præparare: Aquam benedictam sæ-

O pius

pius renouare : hora congrua campanas ad Matutinum. Missam, Horas, Prædicationem, Procesionem, festivitates de præcepto, Vesperi, mane , ac meridie ad Salutationem Angelicam , & post solis occasum circa primam noctis horam ad Mortuorum expiationem, & ad aliarum Ecclesiasticarum actionum signū Populis insinuandum pulsandas curare .

Omnia tandem , quæ Ecclesiasticam honestatem , aut ornamentū lădere, sēu offendere possunt, omnino prohibeat . præ cæteris verò in id inuigilet, nè Altaria per impios expolientur, aut Ecclesiastica supplex per latrones surripiatur .

De Organo.

Organorum sonus, ac modulatio animos ad pietatem , ac religionem excitet ; aures autem ad blanditias , sēu delectationem non mulceat . nihil omnino lascivium, impurum, siue prophanum canatur, aut misceatur; sed sonitus, & cantus sint graues , ac pīj, & ad Domum Dei, diuinisq; laudes religiosè accommodati .

Dum in Altaribus sub Organo positis Missa celebrabitur, organum nulla ratione pulsetur .

Primus , & ultimus versus Hymnorum, & versus , Tantum ergo Sacramentum , ab Organo non pulsetur, sed à Choro canatur . Similiter nec Magnificat, Benedictus, & Nunc dimittis: nisi tamen in Organo prædicta canantur .

Et dum Organum pulsatur, à duobus tantum Clericis recitentur alta & intelligibili voce versus, qui neque in organo cantantur: ac in fine pulsationis Organi versus ijdem à Choro canendum inchoent . Credo , quando non adest Musica, totum à Clero canatur ,

Ceremon. Episcop.
lib. primo cap. 18.

107
natur , nihil ab Organo.

De Rebus Ecclesie conseruandis, earumque recta administratione. Cap. III.

ECclesiarum bona, iura, res & actiones, aut defensionibus destituta, vel etiam ab ijs, quibus earum procuratio credita erat, proditæ, ita perierunt, vt monumentis, vel interceptis, vel deperditis, nulla spes iam reliqua videatur illa recuperandi. Ad ciuitandam igitur in posterum tam perniciosa Ecclesiæ calamitatem , & vt horum temporum improbitati occurramus ; Satuimus, vt Cāpitulum Cathedralis , omniumq; aliarum Ecclesiarum, Hospitalium , Monialium , Confraternitatum , ac Montium Pietatis Gubernatores, Rectores, Syndici , Guardiani, & alij quicunq; piorum locorum Præpositi, atq; Administratores intra duorum Mensium spatium ab huius Decreti editione decurrentum, omnium, & singulorum bonorum mobilium , & immobilium, iurium, actionum, annuo um censum, redditum, nominum debitorum , & aliorum quorumcunq; ad eorum Ecclesiæ, siue administrationem pertinentium rationem diligentissimè inquirendam, ac examinandam , & eorum omnium Inuentarium , in quo locorum etiam fines, conditionesq; omnesq; sigillatae discubstantia describantur, per publicum Notarium diligenter conficiendum carent .

Quo perfecto diligenter Inuentario, duo exempla Notarii auditorate munita , alterum in communi corum archiuio, siue proprijs Ecclesijs retineant, alterum verò in Archiuio Cancellariae nostra Episcopalis conseruandum, sub pœnis scutorum quinque & vi-

Cone. Trid. sef. 3. 1.
cap. 11. de Refac.

¹ Clem. quis con-
tiner. §. vt autem.
de Relig. domib;
Sixtus V. in Conf.
incip. Prouida. 8.
Junij. 1587.

O 2 ginti,

ginti, alijsq; arbitrio nostro incurrendis, deponere teneantur.

Domos, & quævis alia Ecclesiæ ædificia in totum, vel in partem destruere, nisi in evidentem eiudem Ecclesiæ utilitatem à nobis prius approbandam, nemo audeat. Specialiter tamen mandamus, ac iubemus Ecclesiæ domos, & possessionum ædificia corrueantia, vel reparatione egentia reparari, restaurari, & secundum necessitatem correcta, ac reparata conservari. Si quem deindè in præfatis sedulò obeundis negligentem, siue delinquentem inuenerimus, sciat se per fructuum subtractionē ad iustum, necessariumq; restorationem à nobis legitimè compellendum.

Conf. Trident. sess.
22. c. 11. de Refor-

Arbores virides, quinimum etiam exsiccatas, aut arescentes, nisi ex rationabili causa, Ecclesiæq; utilitate per nos iudicanda, & in actis registranda, nemo incidat, aut euellat. Si verò id sibi per nos licuerit, earum loco totidem alias reponere teneatur. Syluae cæduæ statim temporibus, nostraq; præcedente licentia, non autem ante incidentur, qui temerè mandatis nostris contrafecerint, in duplum valoris arborum, syluarumq; incisarum teneantur.

Bona tam mobilia, quam immobilia, vasa, instrumenta, reliquamque supellecilem ad domesticos Reclitorum, aliorumq; Ministerorum usus deputatam, ceteraq; ad Ecclesiæ domos spectantia nego vendere, aut alienare præsumat; sed ea omnia, prout ipse inuenerit, conseruet. quæ vetustate corrosa sunt, renouet, & in meliora commutet, id tamen non antea cœquam licet, quam à nobis facultatem obtinuerit; si contrafecerit, poenam dupli Ecclesiæ persoluendi incurrat.

Ecclesiæ reditus, ac prouentus nō ultra triennium, nec minus anticipatis solutionibus, locentur. Cen-

d. extraug.
Extr. Ambitio.
Ex. de reb. Eccl. nō
alien.

cap. 1. de reb. Eccl.
non alien. & tunc
tū c. dudum & seq;
cod. tit. lib. 6.

d. extraug.

sum 7

suum & verò permutationes, sè quo dicunt perpetuos Canones, omnino fieri prohibemus, nisi prius nobis legitimè constituerit, rem esse solitam alienari, & id in evidentem Ecclesiæ utilitatem fieri, & cum beneplacito, ac assensu Sedis Apostolicæ. 3 alijas præfatos contractus irritos, & nullum firmitatis robur habere declaramus. Contrafacentes poenas per Constitut. Pauli 2. comminatas incurant. Et in casu devolutionis, siue per lineam finitam, canonem non solutum, delictum perpatratum, vel alio quocunque modo, concessiones non renouentur, nec locationes fiant, nisi seruata forma Sanctiss. D.N.D. Urbani Diuina Prudentia Papæ Octauii.

Rectores bona suarum Ecclesiæ malè alienata recognoscant, & illarum iura legitimè prosequantur; ac super præfatis ad aliquam transactionem, renouationem, sè compositionem nobis in consultis deuenire, sub poenis arbitrio nostro incurrendis, nullatenus possint: prout etiam præfatas transactiones, renouationes, sè compositions, nullas, irritas, & inane declaramus.

III, penes quos Scripturæ, aliaq; iura Ecclesiæ quo modo concernentia reperiuntur, teneantur interim Mensis à præsentis decreti publicatione decurrenti præfatas scripturas, aut iura Curiae nostræ Episcopalis Notario tradere, & cum effectu consignare, alijas poenam excommunicationis incurant. Scriptura tamen ad Iurapatronatus Laicorum pertinentes, dimissa apud nostram Curiam copia collationata, penes ipsos Patronos remaneant.

Et quia congruum est, ac fidei nostræ ex sacrorum Canonum dispositione commissum, vt pia Testatum mentes, ac voluntates debita executioni demandentur; Volumus, ac districte præcipimus, vt Notarij

² Pij V. Conf. 98.
quæ incip & si cap.
nulli licet de reb.
Eccl. non alien.

³. cap. terras. 11.
quæst. 2.

Dat. Romæ Anno
1615. Kal. Nouem-
bris Incip. Humanæ
salutis.

d. extraug.

cap. nos. quidem e-
tu à nobis. c. loan-
nes de Testamento.
Conc. Trid. (eff. 22.)
cap. 8. de Reformati-

ē. eī oblationis c.
vñmo. c. Clerici
13. q. 2. c. admoni-
tio. c. c. considera-
tio. 16. q. 1. c. sacer-
tūlegium. 17. q. 4.
c. indicante. c. de-
testam. cap. religio.
eod. tit. lib. 6.

Exod. 22. & 23.
Leuit. 17. Num. 18.
Tob. 1. Malach. 3.
Conc. Trid. fess. 25.
c. 12. de Reform.
generali c. decimas
Deo. 17. q. 7.
s. Proverb. 3.

Nē autem in decimarum solutione fraus aliqua committatur; Parochus inter Missarum solemnia sæpiissimè Populum commoneat, decimarum solutionem: Deo ipsi deberi. & idē eos, qui illas soluere respuunt, aut earum solutionem, siue exactiōem impediunt, aliena occupare, furari, & usurpare. illudq; præ cæteris insinuet, tunc horrea redundatura esse frugibus, & vino torcularia, cum primitias & obtulerint Deo.

Insuper comminatas à Sacro Conc. Trid. excommunicationis poenas aduersus non soluentes indicant.

Ipsis verò Parochis super decimarum solutiones non liceat quouis pacto, scū conditione cum suis subditis se componere in suarum Ecclesiārum præiudicium, sub poenis alienatoribus bonorum Ecclesiasticorum superius propositis.

Prohibemus denique sub excommunicationis latæ sententiæ poena, nē eminentē alicuius Rectoris, aut Parochi, scū Curati obitu, quispiam Ecclesiæ supelleatilē, bona, iura, aut scripturas, quoquomodo asportare, aut occultare præsumat.

De Vita, & Honestate Clericorum. Cap. IIII.

CVm nihil sit, quod alios ad pietatem, ac Dei cul-
tum magis instruat; quam probata eorum vita,
ac

111
ac laudabile exemplum, qui se, velut ab humanis eripientes, diuino ministerio dedicarunt; sic decet omnino Clericos in beatissimam Domini sortem felicissimi vocatos, vitam, moresq; suos componere, vt in omnibus grauitatem, modestiam, ac religionem præse ferant, te ab indecenti proximorum offenditio, ac periculosa scandalorū occasione penitus abdicantes.

Monemus igitur omnes Clericos Ecclesiasticæ Hierarchiæ diuinitus ascriptos, vt precibus, ac sacrificijs Deum Populo placatum, propitiumque reddere entantur.

Ad Sacrarum scripturarum lectionem, studiumq; diligenter incumbant: clericalem disciplinam non tam verbis, quām operibus sancte, pięq; profiteantur: nec sua officia, iuxta ordinum, quibus sunt initati, prærogatiā, vana, aut ociosa, non tam in proximorum detrimentum, quām in sui ipsorum perniciem esse permittant.

Posthac enim nullos ad maiores ordines nos esse credant promoturos, qui se antiā in minoribus diligenter non exercuerint, nec minus eorum personam ad Beneficia admissuros, qui suis in ministerijs sedulam, ac diligentem operam Cathedrali Ecclesiæ, aut alijs, quibus erunt ascripti, non nauauerint. Diuinæ enim, humanæq; iustitiæ valde consentaneum est Ecclesiastica beneficia in eos, qui de Ecclesia bene meriti sunt, conferri.

Omnes Ecclesiasticæ personæ, cuiuscunq; gradus, & conditionis Coronam, tonsuram, siue Clericam ordinis suo congruam, & visibilem semper ferant. co-
mam, & barbam studiosè non enutriant, sed simpli-
cem in religiose puritatis sinceritæ cultū exhibeat.
Sacerdos verò barbam in superiori labro ita recidant,
vt in Corporis, & sanguinis Dominici assumptione
non impediatur.

Cone. Trid. fess. 14.
de Reformat. c. 6.
& fess. 22. c. 1.

c. si officia 59. dicit.

Concil. Trid. fess.
21. c. 4. de Refor.
& fess. 24. c. 20. de
Reformat.

cap. prohibete. 23.
dicit
c. cleric. de vit. &
honest. Cleric.

Confit. Sili V.

d. c. clerici. de Vit.
& hon. cler. Concil.
Trid. fess. 14. de Re-
format. cap. 6.

c. præcipimus 21.
q. 4.

**Clericorum habitus sit honestus, ac decens, non
nimium elegans, nimium sordidus; sed talis sit,
qui ipsorum religioso statui, ac pia vocationi mode-
stè respondens, intrinsecam morum honestatem præ-
se ferat. Superiore vestem semper usq; ad talos pro-
tensam in Civitate, per itinera verò usq; ad genua
prominentem deferant.**

Prima tonsura initiati, aut in minoribus ordinibus
constituti, fori priuilegio non gaudeant, nec laicorum
gabellis, talijs, aut impositionibus sint immunes, &
exempti, nisi Ecclesiasticum beneficium obtineant,
aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes ali-
cui Ecclesiæ de mandato nostro inseruant.

1. c. clerici, vt ab
indig. 14. q. 4.

2. c. 2. nè Cler. vel
Monac. c. placuit.
c. peruenit. 21. q. 3.

c. 2. de Vit. & hon.
Cler. Clem. 1. eod.
tit. cap. Clerici. &
quasi per totum 23.
q. 8.

c. 5 qui Clerici. 74.
diss.
cap. consuluit. ead:
diss.

Clerici ordinibus sacris insigniti non audeant vilio-
ribus se exercitijs, aut ruralibus ministerijs immisce-
re, nec minus in his deseruire laicis, aut famulari;
2 nec publicè deferant ligones, bidentes, aut quid-
quam comedibile & indecens, eorumq; statui inde-
corum, alias poenam amissionis rerum, quas detule-
rint, ac trium sc. ororum pro qualibet vice se nouerint
incursuros. Ab armorum verò delatione penitus ab-
stineant, sub poena excommunicationis, & alijs arbit-
rio nostro incurriendis: nisi per loca suspecta iter illis
esset faciendum, aut alia urgeret necessitas, quibus in
casibus nos pro licentia obtainenda adire teneantur.

Qui clericalem habitum assumere, aut asumptum
sine nostra facultate deponere ausus fuerit, scutorum
25. poenam locis pijs arbitrio nostro applicandam
incurrat. qui verò se ad maiores ordines suscipiendos
non disponunt, habitu clericali priuentur.

Clerici proprium superpelliceum, ac biretum ha-
beant, quibus, & in Ecclesia, cui ascripti sunt, & alibi
in muneri sui functione utrantur.

Ecclesijs, quibus sunt ascripti sedulò deseruant,
festis

festis præsertim diebus Missis solemnioribus, Horis
Vespertinis, Processionibusq; debitum munus obe-
ntes intersint.

Sacerdotes, Clericiq; omnes à suspecta mulierum
cohabitatione prorsus abstineant: Ancillas, nisi ad
longæuam ætatem proueñas, illis interdicimus, ac
penes le retinere prohibemus.

Ab illicita venatione, 1 à fabulis, Comoedijs, cho-
reis, 2 commensationibus, & ebrietatibus, 3 ab alea-
rum, ac taxillorum 4 lusu tam publicè, quam priua-
tim abstineant.

Clerici omnes mercaturis, & alijs quibusuis nego-
tiationibus illicitis nullo modo dent operam; nec mi-
nus artes illicitas, aut officia tractare sub poena scu-
torum viginti quinque præsumant.

Causas coram iudice laico tueri sine nostra facul-
tate non audeant; nec minus criminaliter querelas,
etiam citra poenam sanguinis prosequantur, vel testi-
monium coram iudice seculari deferant.

Ad publica Vniuersitatum Consilia non accedant;
nec earum negotia tractent.

Procuratoris, Causidici, aut Aduocati officium in
foco seculari nè exerceant.

Cauponarum, & Tabernarum aditus, nisi itineris
necessitate coacti, 2 euitent.

Et vt non solum externum decorum, sed etiam in-
terioris hominis munditiam profiteantur iuxta illud:
sic luceat lux vestra coram Hominibus, vt videant
opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui
in Cœlis est; Idecū Sacerdotes omnes in nostra
Diœcesi existentes saltem diebus Dominicis, ac festis
solemnioribus Missam celebrare teneantur.

Clerici autem quotidie sacrosancto Missæ sacrificio
intersint; ac saltem semel quolibet mense sanctissimum

P Eucha-

Cone. Triden. fess.
25. c. 14. cap. quo-
rumdam. 37. dist. c.
1. de cohib. Cler.
& mul. cap. inter-
dixit. 32. dist.
1 c. Episcopum. 34.
dist.
Cone. Trid. fess. 24.
cap. 12.
2 Conc. Trid. fess.
22. c. 1. de Refor.
3 c. Episcopus 35.
dist. cap. commissa-
tiones. & cc. seqq.
44. dist.
4 Canon. Apost. 41.
cap. clerici officia.
de vit. hon. Cleric.
Cone. Trid. fess. 12.
cap. 1.
cap. his igitur. 23.
dist. c. non licet. 46.
dist. & dist. 47. per
totum. c. peruenit
dist. 86. cap. 1. 2. 3. 4.
q. 3.

1 Canon. Apost. 53.
Conc. Trid. fess. 24.
cap. 12.
2 cap. non oportet.
cun. seq. q. 44. dist.

Matth. 5.

1 Conc. Trid. fess.
13. cap. 14.

c. clericus. 41. dist.

Eucharistiæ suscipiant Sacramentum, & præsertim in festis solemnioribus: in cæteris verò ità se gerant, vt muneris, ac status Ecclesiastici grauitatem, & sanctitatem præ se ferant.

De Monialibus, earumq; Ministris. Cap. V.

NE in sanctis Monialibus, quæ sub suavi religiosis iugo, Christo Saluatori in purissimo castitatis holocausto famulari affectantes, suam Altissimum deuouerunt Virginitatem, quidquam reperiatur incongruum, quod Regularis honestatis gloriam, & diuinam possit offendere maiestatem; decernimus, & expressè mandamus omnibus, & singulis, quibus earum cura à nobis credita est, vt ea, quæ in Visitacionibus per nos factis circa Regulatum personas, clausuram, ac bona non minus rectè, quam ut ille constituta fuerunt, executioni si demandata non fuerint, quam primum demandentur, Summorumq; Pontificum Constitutiones, ac Sacri Concilij Tridentini decreta districtè obseruent, & faciant obseruari.

Sess. 25. cap. 7. de Regul.

d. sess. 25. cap. 3.
In Conflic. quo in-
cip. circa Patora-
lis.

d. sess. 25. cap. 17.

Curent in primis, vt in electione Abbatislarum à Sacro Concilio Tridentino præscripta ad vnguem obseruentur, animaduerentes Abbatissam triennalem ex Constit. Gregorij XIII. esse faciendam. Nulla præter numerum consuetum, aut contra formam Concilij Tridentini, & Constitutionis Pij V. admittatur puella. quæ autem in Monialium numerum admittenda erit, ætatem, ac qualitates à Sacro Concilio Tridentino præscriptas habeat, & per nos, aut Vicarium nostrum prius examinetur, ac illius voluntas diligenter explicetur, num forsitan errore ducta, aut vi, metuè compulsa, se Deo in religione mancipare deliberauerit: an quid agat, intelligat: an strictioris religio-

religionis votum anteā emiserit, & an sponsalia de futuro, aut de præfenti cum aliquo contraxerit. Si verò nullum in præmissis impedimentum reperiatur, fiat decretum, quod proponatur Monialibus. An eam in Monialem numerariam, vel super numerariā velint admittere.

Quod si, facto per vota secreta scrutinio, à maiori Monialium parte recepta fuerit, ad habitus suscepionem admittatur: dote tamen prius, sicut eleemosyna consueta assignari Monasterio, soluta per Parentes, sicut Consanguineos Puellæ in pecunia numerata, vel in bonis stabilibus: quæ nec distrahatur, aut alienatur, vel à Monialibus recipiatur; sed penes idoneam personam deponatur, vt quando Puella promissionem emiserit, integrè Monasterio consignetur: præstata interim de fociendis in posterum anticipatè alimentis cautione pro spatio temporis ante professio- nem decurrendi.

Anno, qui dicitur probationis, expleto, ac in no- uitatu ætate legitima concurrente annorum 16. cōpletorum, iuxta Sacri Concilij Trid. præscriptum te- ncatur Abbatissa ante præfiniti temporis mensem, nos de professione à Virgine, quæ Regularem illius Monasterij habitum suscepit, emittenda certiores reddere. si contraria fecerit, poenam suspensionis ab oficio se nouerit incursum.

Puellæ, quæ ad educationem obtenta tamen prius à Sacra Congregatione facultate recipientur, condi- tiones ab eadem Sacra Congreg. requisitas habeant, & à maioris Monialium partis consensu approben- tur: consignatis tamen Abbatissæ prius, aut in pecu- nia numerata, aut in viualibus de semestri in semes- tre anticipatis earum alimentis. In Monasterio autem sine Ancillis permaneant, nec inde, nisi non reuersuræ

Cont. Trid. d. sess.
15.
c. 16. de Regul.

d. sess. 25. cap. 17.

Sac. Cong. sub die
vlt. Aug. 1575.Ex decreto Sac. Cō-
greg. apud Rode-
ric. tom. I. q. 46.
art. 10.

exeant, sed clausuræ vinculo, ut alia Moniales, subij-
ciantur. Si verò curandæ valetudinis causa, obtenta
prius à nobis facultate, recesserint, rursus Abbatissæ
accidente consensu possint admitti.

Ibid.

Puellæ verò, quæ suauissimo Religionis mancipio
ab iuuenie ætate fuerint à Parentibus destinatae, se-
ptimo, vel octavo ætatis suæ anno in habitu seculari
possint in Monasterium admitti: ibiisque ad duo-
decimum vel decimumquartum ætatis annum pos-
sint permanere, ut Religionis moribus præimbuantur.
sed præfato tempore expletio ad paternam Do-
mum remittantur, ut libero non astrictæ voluntatis
arbitrio possint regularem statum eligere, aut re-
spuere: quem si elegerint, habitu regulari induantur.
Ut verò Clauſuræ limina iuxta Sacros Canones, sum-
morum Pontificum Constitutiones, ac Sacrosancti
Concilij Tridentini decretar inuiolabiliter custodian-
tur; Præcipiimus, ac districte mandamus, ut nullus,
cuiuscunque status, gradus, conditionis, ac dignita-
tis existat, sine nostra, aut Vicarij nostri in scriptis
concedenda gratis facultate: ad Monasteriorum col-
locatoria accedere, et Monialeſq; alloqui præsumat,
sub poena excommunicationis, alijsq; arbitrio nostro
iniungendis. Regulares ex decreto & Sacrae Congre-
gationis Regularium non audeant loqui cum monia-
libus, etiam proprijs sororibus, sine exprefla dictæ
Congregationis licentia, sub poenis in dicto decreto
contentis, & alijs nouiter per eandem Congregatio-
nem sub S. D. N. Urbano comminatis.

in cap. vnic de stat.
Regul. in 6.
Conc. Trid. ſeff. 15.
c. 5. de Regul.
Conſtit. Pij V. quæ
incip. circa Paſto-
ralis 19. Junij.
1566.
Conſit. Greg. XIII.
que incip. Deo ſi-
bris. 21. Ian. 1583.
2 cap. monasteria.
de Vic. & hon. Cler.
3 Conc. Mat. c. 1.
Concil. Turon. ſub
Carolo c. 19.
4. de mandato Six.
V. non. Maij. 1590.

Si verò legitimam à nobis, aut Vicario nostro in-
scriptis obtinuerint licentiam, Moniales alloquantur
in communi parlatorio, & ad Monasterij crates aſſi-
ſtente ſempre Moniali auscultatrice: non autem ad
ipsius Monasterij ianuam. Qui contrauerterit, poe-
nam

nam excommunicationis incurrat, cuius absolutio-
nem nobis ſolis reſeruamus.

Nullus Physicus, Chirurgus, Mulio, Carpenterius,
aut cuiusvis generis faber, ſeū quiuis alijs Admini-
ſtrator, aut Procurator, etiam à Communitate ele-
ctus, ſub quoquis prætextu, aut quæſito colore, vel
cauſa, audeat Monasteria ingredi abſq; licentia in-
ſcriptis, ut i ſuprā obtainenda, etiamſi magna vrgeret
necessitas. qui contraire aulfus fuerit, poenam ex-
communicationis ipſo factō, ſoli Pontifici reſeruata
absolutione, incurret.

¹ Conc. Cabil. ſub
Carolo. c. 55. & 56.

² Greg. XIII. In
Con. incip. Vbi gra-
tia. 24. Iunij. 1575.
² Conſit. Clement.
8. 24 Decem. 1604.

Cum verò, vrgentissima neceſſitate cogente, & cū
corum fuerit industria neceſſariò adhibenda, & obten-
ta prius facultate, ingredi aliquem contigerit; recto
tramite à duabus ſaltem senioribus Monialibus ſocia-
tus, præcedente aliquantis per campanulæ ſono, ad
locum deſtinatum p̄ergat, & eadem via reuertatur,
ad alia non diuertendo. idemque de Monialium ea-
rumdem Confefſario decernimus, qui ægrotantium
confefſiones aperta ſemper cellæ ianua audiet, ut à
cæteris Monialibus confipi poſſit: quæ tamen tan-
tum diſtent, ut conſitentium peccata intelligere non
poſſint.

Iuxta Ecclesiæ, ac Monialium Monasteria, nulla
laicorum conſtruantur ædificia: nihil prophanum
illis adhæreat: multo minus in honeſtæ, aut impudi-
cæ mulieres proprijs habitare præſumant: laicorum
que, aut Regularium, ſeū quorumuis aliorum ædi-
citorum iam extructorum fenestræ, quæ in Monafe-
ria, aut Monialium Ecclesiæ proſpicunt, omnino
claudantur.

Nullus Sacerdos, tam ſecularis, quam Regularis,
excepto Confeſſario, in Monialium Ecclesijs, niſi ob-
tentia à nobis facultate, audeat celebrare, ſub poena
ſuſpen-

suspensionis à diuinis ipso facto , alijsq; arbitrio nostro pœnis incurrendis . Qui autem nobis permittentibus celebrauerint , sciant omnes collocutiones cum Monialibus ex Sacra Congregationis 1 Regularium decreto sibi esse prorsus interdictas .

Cum autem nostro præcedente consensu in Monialium Ecclesijs concio habebitur ; Ecclesia ianuæ claudantur, nullusq; in ea remaneat, exceptis duobus Monasterij Procuratoribus, qui Concionatorem conductant, & reducant . Concionator verò, si Regulatis fuerit , sciat omnem sibi Moniales alloquendi facultatem esse ex præfatæ Congregationis decreto prohibitam .

Moniales saltem semel in mense confiteantur , & Eucharistiæ sanctissimum suscipiant Sacramentum .

Propè Monialium Ecclesijs , ac Monasteria nullus pila, aut huiusmodi rebus ludere audeat . choreæ, saltationes , spectacula , cantus , aut alia eiusmodi prophana, quæ Moniales à Sacris possunt diuertere , nullatenus sub poena excommunicationis , ac alijs etiam afflictius arbitrio nostro imponendis pœnis exercantur .



De Pizzocharis alijsq; Laicis Monialibus.

Cap. VI.

Mulieres extra clausuram habitum Religionis gestare cupientes , quæ vulgo Tertiariæ , seu Pizzochæ nuncupantur , à Monialium sacris abstinent

1. De mādato Sixti
V. Nonis Maij.
1590.

Cone. Trid. fess. 15.
c. 10. de Regul.
Clem. nō in agro.
S. sacro. de stat.
Monac.

neant ornamentis : præcipuè velum , pectorale , patientiamque illis prohibemus .

In reliquis verò formam decreti à Sacra Congregatione Regularium alijs emanati sub die 20. Decem. 1620. incip. sacra &c. obseruare teneantur .

De Confraternitatibus Laicorum.

Cap. VII.

LAICORUM sodalitates ad Populi mores compo-
nendos , & charitatis vnonem , ac pietatis reli-
gionem humanis animis suauiter insinuandam fue-
runt institutæ ; vt in orationibus , cleemosynis , misericordiæ operibus , ac Sacramentorum frequentia in
viam Domini proficientes , vberimos Christianæ Rei.
publicæ parerent fructus salutis .

Vt autem in nostra Dioccesi , illa , quæ ad Confraternitatum administrationem , ac curam pertinent , rectius , & eo , quo decet , ordine perficiantur ; Volu-
mus , ac districte mandamus , vt Confraternitates præ-
dictæ , constitutiones , aut statuta nulla habere , aut
condere possint , nisi prius à nobis , seu Vica:io nostro
Generali examinata , atq; approbata fuerint : vt si qua
ex illis correctione , aut emendatione indigeant , à no-
bis corrigi , atq; emendari mature possint . Sodalita-
tes , quæ alijs sodalitatibus non sunt aggregatæ , infra
bimestre spatiū aggregentur , vt concessos primarijs
Archiconfraternitatibus privilegiorum , Indulgentia-
rumque thesauros , tamquam illarum membra par-
ticipent : quas quidem Indulgentias in tabella pu-
blicè appensa exponendas curabunt .

Officia-

Concil. Trid. fess.
4. c. vlt. & fess. 22.
cap. 8.
Conf. Clem. 8. quæ
incip. quæcunq. in
5. statuta sub die 24
Decem. 1604.

Officiales statuta, & Constitutiones sodalitatis cuilibet ostendant, antequam ille in sodalium, aut Confratrum numerum recipiat, & de omnibus ad Confrates spectantibus plenè instruant, vt quilibet in suæ obligationis certitudine rectius muneri suo satisfaciat.

Clem. quia contin-
git de Relig. do-
mib.

Fidei rudimenta ignorantes, publici concubinarij, usurarii, blasphemii, facinorosi, ac infames, nisi se ad meliorem frugem receperint, in has sodalites nullatenus recipientur.

In Processionibus Confratres talaribus saccis induiti, bini, ac modesti incedant. præ cæteris verò silentium, deuotionem, ac debitum ordinem ita obseruent, vt antiquiores Confraternitates recentioribus prius confirmatae, aggregatae, ac saccis induitæ alijs posterioribus præferantur.

In ipsorum oratorijs, seu Capellis inter se humaniter, ac reuerenter tractent: paramenta, & alia omnia, quæ sunt Confraternitatis insignia, non in priuatis domibus, sed in loco Sodalitatis communi reponantur.

Conec. Trid. less. 25.
§. in his.
c. non oportet. cap.
nulli. 43. dist.
1 c. de Xenodochijs
de Relig. domib.
Clem. quia contin-
git de Relig. dom.
Conec. Trid. less. 7.
cap. fin de Reform.
& less. 21. cap. 8. de
Reform.

c. si quis de consec.
dist. 1.

In festiuitatum celebrationibus, aliisque solemnioribus Confratres à commensationibus abstineant: nec minus Confraternitatis bona in his, sed solummodo in cera, oleo, eleemosynisq; consuetis, ac minutis expendant. In aliis verò sodalitatum bona sine nostra, aut Vicarii nostri Generalis, siue foranei facultate expendere, aut in propriis vñus conuertere nō audeant, sub poena soluendi de proprio.

Misse, cæteraq; diuina officia in oratoriis dictarum Confraternitatum ita celebrentur, vt Parochialium Ecclesiistarum sacrificia, horariæ preces, concionesque nullatenus impediantur.

Priorum, aliorumq; officialium electio sine nostra,
aut

aut Vicarij nostri Generalis, siue foranei præsentia, nullatenus fiat, sub poenis in Bulla supradicta fel. rec. Clem. Papæ VIII. contentis. eorum autem officium non ultra annum progrediatur, quo transacto, alij elegantur. si in hoc Confratres negligentes fuerint, Vicarius noster Generalis, aut foraneus, conuocatis Confratribus adesse volentibus, illos eligere teneatur.

Omnes, & quoscunq; abusus, si qui forsitan irrepserint in aliquas sodalitates, videlicet piperis solutio, & alia huiusmodi pro alicuius officij exercitatione, omnino damnamus, tollimus, & abrogamus, quamlibet quarumcunq; rerum donationem, exactiōem, solutionem districte sub poenis arbitrio nostro incurritis prohibentes.

Qui aliqua ratione Confraternitatis debitores fuerint, ab omni officiorum administratione abdicentur.

Confraternitatum omnium Administratores quotannis, iuxta sacri Concilij Tridentini præscriptum, siue administrationis rationem coram Rationalibus à nobis eligendis, alijsq; duobus societatis Confratribus reddere teneantur. qui verò debitores fuerint, intra decem dierum spatium soluere omnino compellantur.

Decretum à nobis in visitatione factum prima Decembris. 1624. declarantes, volumus, vt officiales Confraternitatum, piorumq; locorum credita, non exigentes, tunc demum de proprio soluere teneantur, cum in illis exigendis negligentes fuerint, & nō alijs.

Vt hæc omnia rectè perficiantur, quælibet Confraternitas quatuor habeat libros: in quorum primo Nominæ & Cognomina Confratrum describantur. in secundo Bonorum omnium, reddituum, legatorum, piorum, onerumq; omnium Inventarium, cuius authenticæ copia in Archiuio nostro deponatur, erit de-

scriben-

less. 22. c. 8. & 9.
d. Bulla Clem. 8.
§ ac. Cong. Concil.
Trid. die 7. Aprilis
1626. C. Castell.
&c. Hort.

scribendum: in tertio anno tentur introitus, & exitus cum nota diei, Mensis, & Anni; & ab una facie debitoris nomen cum debiti origine, seu fundo ponatur; ab altera vero quicquid solutum, aut exactum fuerit in dies, è fronte describatur, ut unico oculorum intuitu debitum, creditumq; appareat, ad faciliorē sequentium officialium institutionem, ac magis rectam, turamq; bonorum predicatorum administratiōnem. in quarto denique ordines, constitutiones, decreta, siue statuta per Confratres de nostro, ut supra, consensu perficienda fideliter adnotentur, & describantur.

Millis Ecclesijs, quæ adhuc Sodalitatis sanctissimi Corporis Christi carent institutione, quam primū p̄fata Societas erigatur, quam Parochus alicui Archiconfraternitati de Urbe curabit aggregari, ut vñeris profluctuum Indulgentiarum riūlis foecundetur, Hejus autem Confraternitatis præcipuum erit munus, sanctissimum comitari. Sacramentum; cum ad Infirmos, seu in processionibus deferetur. alia pia insuper opera exerceat, quæ ex Bulla Pauli III. super prædictæ Societatis creatione ipsis Confratribus præscribuntur.

Et vñ in dies magis fideliū religio, ac pietas augatur; eurent Parochi, ut in eorum Ecclesijs à Confratribus p̄fate Societatis processio semel in mente in honorem Sanctissimi Corporis Christi, & alia, quæ diuersis fieri temporibus consueuerunt solemnitates, qua decet religione, celebrentur.

De Hospitalibus Cap. VIII

Clem. quia contin-
git. de Relig. dom.

V T Pauperum, peregrinorum Hospitalia pie, religiosè, ac diligenter regantur, & gubernen-
tur;

tur; Viri prouidi, idonei, probatae famæ, atq; integritatis deligantur, qui omnem doli, usurpationis, frau-
disq; suspicionem morum, vitæq; honestate exclu-
dentes sciant, velint, & possint loca ipsa, ac iura ipso-
rum utiliter regere, prouentusq; ac redditus in destina-
tos miserabilium personarum usus fideliter dispensa-
re: hi autem vigesimum quintum ætatis suæ annum
compleuerint.

Conc. Trid. feſſ. 25.
c. 8. de Reform.

Præfatae vero electioni Vicarius noster Generalis, seu Foraneus (dummodò dicta Hospitalia à nostra iurisdictione non sint exempta, quam exemptionem in actis Curiae nostræ Episcopalis probare teneantur) sub poena nullitatis electionis, & 25. scutorum ipsis Hospitalibus applicandorum assistat. Eorum autem administratio non ultra triennium progrediatur: male alienata, aut ablata diligenter recuperent: fructus in destinatos usus conuertant: singulis vero annis adminstrationis suæ rationem reddant, eamq; à nostra auctoritate deputatis faciant calculari. Ruinosa re-parent ædificia, bona, ac prouentus eorumdem locorum ita gubernari satagant, & dispensari, ut diligissimum decet patrem familiæ. bona tamen mobilia, & immobilia vendere, permutare, vel quo quis modo alienare, nisi seruatis seruandis, nostroq; accedente consensu, non præsumant. Bonorum omnium mobilium, ac immobilium, prouentuum, reddituum, iurium, actionum, nominumq; debitorum Inuentarium confiant, cuius authenticam copiam penes Archiuum nostrum deponant: aliumq; habeant li-
brum, in quo omnes eleemosynas annotent vñà cum introitu, & exitu, prout de Confraternitibus suprà disposuimus. In alio libro ad id specialiter destinato Peregrinorum transuentium, infirmorum, ac hospitan-
tium nomina sigillatim, ac cognomina, Patriam-

d. Clem. quia con-
tingit.

Conc. Trid. feſſ. 7.
c. vñ. & d. feſſ. 25.
c. 8. de Reform.

§ Cong. Conc. Trid.
die 7. Iulij. 1626.
C. Cast. & Hort.

i. c. Licus. 16. q. 7.
d. Clem. quia con-
tingit.
Extra vi Ambitio-
se. Pauli. 2. de reb.
Eccl. non alien.

que describant: Neminem verò recipient, nisi legitimum propriæ paupertatis, & peregrinationis documentum exhibuerit, seq; in eodem anno semel saltem confessum, & communicatum docuerit. quæ documenta, scù fides ab ipsis subscriptantur, ac solito Hospitalis signo muniantur, vt pietatis, quæ in ea Ciuitate, locuè exercetur, testimonium innotescat.

Pauperes infirmos benigno, hilarique vultu suscipiant œconomi, eisdemq; dent operam, vt omnia ad valetudinem recuperandam necessaria prouidè ministrentur. Mulieres à Viris sciunatas, non modo separatis cubiculis, verumetiam habitationibus (præfectis illarum curæ mulieribus, si id Hospitalis facultates patientur) studeant collocari.

Vt autem corporalibus suffragijs animæ salus utrilibet adiungatur; mandamus, vt intra biduum ægroti omnes conscientiam à peccatorum sordibus emundent, & suauissimum sacrosanctæ Eucharistie panem degustent. Cum verò ad extremum vitæ peruenient, sacra Chrismatis unctione muniantur, neq; ipsis in periculo ab humanis transitu Religiosorum decint sanctæ consolationes.

De Eremitis. Cap. IX.

VT callidæ, & periculose quorumdam hominum vitæ occurramus, qui sub solitariorū, aut Eremitarum nomine, ac figmento, tanquam contumaces locustæ huc, illuc scandalosè per nostram Dioecesim diuagantur, nec unquam uno, eodemque in loco permanent, scù commorantur; Volumus, ac districte præcipimus, & mandamus, vt nullus, siue laicus, siue Clericus habitum Eremitarum assumere, ac gestare, nisi de nostro consensu, obtentaq; expressa à nobis

à nobis, scù Vicario nostro Generali licentia, præsumat. Neminique licet cum præfato habitu in cellis, Ecclesijs, domib', aut oratorijs nostræ Dioecesis inhabitare, aut permanere, nisi prius de vita, moribus, conuersatione, ac ipsius Patria per nostrum Generalem Vicarium fuerit diligenter examinatus, ab eoq; licentiam in scriptis commorandi in certo sibi loco assignando impetraverit. qui secus fecerit, carcera-tionis poenas, aliasque arbitrio nostro iniungendas incurret.

Eos autem Eremitas, qui præfatam licentiam non exhibuerint, nullus Archipresbyter, Parochus, aut Curatus in suis Parochijs sub quoquis prætextu admittat, aut recipiat, nec habitare, scù quæstum facere permittat, sub poenis viginti quinque scutorum locis pijs applicandorum.

De Monte Pietatis. Cap. X.

VT mons pietatis, ad pauperum subleuandas necessitates maxima Ciuium charitate erectus, fideliter, diligenter, ac rectius administretur, nonnulla præter ea, quæ alijs in visitationibus à nobis factis perpetuò valitura decreuimus, obseruanda, statuendaq; duximus adiungere.

Et in primis quolibet anno Officiales ex senioribus, magisq; idoneis, ac probis iuris, iuxta formam in proprijs illius constitutionibus saluberrimè præscriptam, eligantur; qui fide, solertia, prudentia, atq; integritate, bona pignori data à puluere, tineis, humore, alijsq; sordibus illæsa, ac munda valeant conseruare. qui officiales sui muneri initio, dati, suscepti, fideliter computa se administraturos, atq; in fine administrationis suæ rationem nobis, scù Vicario nostro Gene-

Generali integrè spondeant reddituros:

Curent, vt pignora recipienda excedant dimidium ferè valoris pecuniae numerandæ: ea verò, quæ cum difficultate vendi, aut distrahi possunt, nullatenus admittant.

Cum verò pignora statuto tempore non redempta vendi contigerit; pretium integrè indè proueniens, montis iuribus fideliter deductis, sine vlla diminutio- ne pignorum Dominis consignetur. Lucrum verò ali- quod extorquere, aut sponte etiam oblatum recipere præter consueta montis iura non audeant. alias, præ- ter quamquod furti poenas incurrit, grauiissimis etiam arbitrio nostro infligendis poenis punientur.

Aduertant, nè pecunias in alios vsus, præterquam in præscriptos in montis eiusdem institutione conuer- tant. qui secus fecerint, in excommunicationem latæ sententiae solo Romano Pontifici reseruatæ incurrit, iuxta Bullam fel. rec. Pauli V. quam de verbo ad ver- bum hic inseri voluimus.

Volumus tandem in eandem excommunicationis poenam, reseruata nobis absolutione, illos incidere, qui bona, ac pignora sacro monti consignata auferre, aut in deterius permutare præsumplerint.

P A V L V S P A P A V.

Constit. Pauli V.
circa Montium Pie-
tatis Administrato-
res.

AD perpetuam rei memoriam. Onerosa Pasto- ralis officij cura meritis licet imparibus nobis ex alto commissa postulat, vt bonorum quorumcun- que miserabilium personarum subuentioni destina- torum conservacioni consulamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque sicut accepimus pecuniae Montium Pietatis nuncupato- rum status nostri Ecclesiastici ad usus pauperum mu- tuuo dandæ in alios usus vertantur, &c in dies minuan- tur.

Nos huic malo opportuno remedio quantumcum cum Domino possumus, prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, vniuersitis, & singulis Montium Pietatis huiusmodi Præsidentibus, Protectoribus, Defensoribus, Administratoribus, Deputatis, & Officialibus qui- buscumque, necnon Communitatibus, Vniuersitatibus, & earum etiam officialibus quarumcumque Ci- uitatum, Terrarum, & locorum status nostri Eccle- siastici quacunq; dignitate fulgentibus, etiam si Epi- scopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, aut S. R. E. Cardi- nales etiam de latere legati existant, ne de pecunijs ad dd. Montes quomodolibet spectantibus, & pettineñ, ac tam pro forte principali à principio illis assigna- tis, quām pro dictæ fortis augemento postea acquisi- tis in alios, quām pauperum usus iuxta modum, & formam in creatione dd. Montium præscriptarum, ablique nostra, & Sedis Apostolicæ licentia sub quo- uis protestu, vel quæstio colore etiam cum obligatio- ne intro quocumque breve tempus restituendi, dis- ponere præsumant; tenore præsentium prohibemus. Quod si quis contra hanc nostram prohibitionem ve- nire præsumperit, Cardinales quidem, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, suspensionis, alia vero infe- riores personæ excommunicationis sententiam eo ipso incurrit, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolvi possint. Non ob- stantibus constitutionibus, & ordinationibus Apo- stolicis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumq; volumus autem quod præsentis prohibitionis copia in loco publico Montium Pietatis huiusmodi, quæ ab omnibus legi possit continuò affixa remaneat. Dat. Roma apud S. M. Maiorem sub annulo Piscatoris 5. Februarij. 1615. Pontificatus nostri An- no decimo.

S. Cobellius.

SESSIO

SESSIO QVINCTA.

De Tribunal, eiusque Ministeris.
Cap. I.

Julius 3. in const. 43
Leo X. const. XI.
Pius V. const. 5.



VONIAM publica peccatorum, vitiorumq; licentia animæ pestem, totique Christianæ Reipublicæ ruinam, ac perditionem facile posset inducere; Ideò in his cruendis, ac cuelendis, Pastoris potissimum cura debet inuigilare, nè euidens scandalorum occasio creditum diuinitùs gregem corrumpat.

Pastoralis igitur officij nobis commissi debitum agnoscentes, vt pestifera vitiorum lues, seueritatis, ac vltionis nostræ remedio effugata, atq; eliminata, illæsum nobis gregem ad omnipotentis Dei gloriam relinquit; infrà scripta, circa nostri administrationem Tribunalis, cuius præcipue ministerio vitiorum pestis emundatur, aut eradicatur, statuere decreuimus.

Qua propter mandamus in primis, vt Notarij, seù Actuarij Tribunalis Curiae nostræ Episcopalis in ipso officij initio omnia se fideliter asturos coram nobis iure iurando obstringant.

Quinque libros confiant, in quorum primo describantur illi, qui de quauiis causa, aut occasione fideli professionem emiserunt, seruata forma decreti suprà in sess. prima contenti in capitulo primo.

In secundo ordinandorum nomina, & cognomina adnotentur.

In tertio collatorum Beneficiorum, atque institutionum litteræ registrentur.

nec

nec non beneficialium, etiam Iurispatronatum cau-
sarum acta omnia deseribantur.

Quartus causis Criminalibus: quintus Ciuilibus
deseruiat. Notarij diligenter curent, vt querelas, ac-
cusationes, inquisitiones, testificationes, examina, &
quascunq; alias scripturas, cæterosq; causarum ciui-
lium, criminalium, mixtarumq; actus, quos in no-
stra Curia dari, formari, scribiq; contigerit, fideliter,
& integrè suscipiant, faciant, & sribant, prout ab
ipsis Accusatoribus, Testibus, Actoribus, & Reis ex-
posita, data, & explicata fuerint.

Caveant sub poena falsi, nè Informations, pro-
cessus, instrumenta, & quascunq; alias scripturas ad
Curiam nostram spectantes deleant, supprimant,
comburant, seù quauiis alia ratione occultent. Nec
minus scripturas, siue processus originales de nostra
Bancha, aut Archiuio Episcopali extrahant, aut alijs
tradant, vel reuelent sine nostra licentia ante publica-
tionem, alias poenam falsi incurant: personis tamen
interesse habentibus, eorumque Procuratoribus, &
Aduocatis, dummodò non in Ecclesiæ præjudicium,
illas in banca ostendendi habeant facultatem.

Scripturæ cum numero, die, Mense, & Anno non
litteris arithmeticis, sed per extensum efformatis in
nostro Tribunali admittantur, & confiantur.

Obligationes, quæ in nostro Tribunali fiunt, non
in folio volanti, sed in libro ad id potissimum desti-
nato describantur, in præsentia duorum testium, qui
propriæ subscriptionis robur adiungant, sub poena
nullitatis: Nec aliquis Clericus audeat, aut possit se
in alio, quam in nostro Tribunali, seruata prædicta
forma, sine nostra licentia obligare.

Contractus, Instrumenta q; ad perpetuam rei me-
moriā, & contrahentium utilitatem confecta, ac

e. quoniam de pro-
bat.
Concil. Later. sub
Innoc. 3. c. 38. Cō-
cil. Tole. c. 4.

Concil. Later. sub
Innoc. III.

Conc. Trid. sess. 23.
cap. 10. de Reform.

R fabri-

d. cap. quoniam de
Probat.

136

fabricata in protocolis, intra dies quindecim à rogitu fideliter registrantur, nè scripturæ informes remaneant.

Notarij verò negligentes, aut morosi, sacramentalē non prius absolutionem obtineant, quam huic decreto sufficienter satisfecerint.

Ad euitandas verò fraudes, abususque tollendos, Notarij, Actuarij, sēcū Cancellarij directè, vel indirectè à litigantibus, sēcū causas quascunq; in nostra Curia habentibus nihil exigant, petant, aut recipiant ultra statutam, & taxatam in nostri Tribunalis tariffa mercedem. quæ quidem Tariffa in Cancellariæ, aut Curia propatulo ab omnibus commodè conspicienda proponatur. Qui verò præfatis contrafecerint, ad exacti, soluti, petiti, sēcū recepti duplum, alijsq; etiam corporalibus poenis, iuxta modum culpæ, arbitrio nostro incurrendis condemnentur.

Teneant tandem Notarij, Actuarij, sēcū Curia nostraræ Episcopalis Cancellarij in loco Tribunalis mane, & vespere, saltem per duas qualibet vice horas, ac etiam plures iuxta necessitatem assistere.

Causas ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes nullo modo quisquam audeat ad forum seculare deducere, & multo minus Clericos trahere. Hi verò citati nullo pacto consentiant, sub poenis à Sacris Canonibus infictis, ac quinquaginta scutorum locis pijs applicandorum. quod idem etiam intelligimus de causis Societatum, Hospitalium, aliorumq; locorum piorum, cum agatur de bonis Ecclesiasticis.

Monemus omnes, cuiuscunq; status, & conditio-
nis sint, nè audeant delinquentes quoscunq; ex Ec-
clesijs, Monasterijs, Sacellis, Domibus regularibus, &
Secularibus, alijsq; locis sacris, aut religiosis, præter-
quam in casibus à iure permisis, extrahere, siue ab-
ducere

Conc. Trid. s. 1.
c. 1. de Reform.

137

ducere sine nostra licentia, sub poena excommunicatio-
nis ipso facto incurriendæ, iuxta Constitutionem
fel. rec. Gregorij XIII. quam pro inserta hic haberi
volumus. Insuper nemo audeat iurisdictionem Ec-
clesiasticam, vel officiales nostros, & Episcopali Cu-
riæ seruientes directè, vel indirectè impedire in ex-
quendis mandatis spectantibus ad prædictam Eccle-
siasticam jurisdictionem, aut eos sub quoquis prætex-
tu, aut causa carcerare, cum foro nostro subiecti de
iure sint: nec Baiulos Communitatis prohibeant, nè
officium suum in Causis Ecclesiasticis iuxta solitum
exerceant, sub poena excommunicationis ipso facto
incurrenda, alijsq; que arbitrio nostro infligendis.

De Vicario Generali, eiusque Auctoritate.

Cap. II.

c. quoniam. de off.
ordin.

c. fin. de off. Vicar.
in 6.

d. c. fin. de off. or-
din. in 6.

Vicarius noster Generalis ordinariam habeat in
tota Diœcesi nostra iurisdictionem: alium ta-
men non possit substituere. Beneficia conferre non
potest: nec minus denunciations excommunicatio-
num relaxare, aut absolutionem à iuramento sine no-
stra expressa facultate, & mandato impertiri: nec mi-
nus ordinum litteras dimissoriales, aut testimoniales
dare, nisi id ei à nobis specialiter fuerit commissum.

In audiendis, inspiciendis, expediendisque causis
tām Ciuilibus, quām Criminalibus debet inuigilare.
Causas leues summarie, ac breuissimè sine strepitu,
ac figura iudicij, solum facti veritate inspecta, præfer-
tim inter pauperes, studeat terminare.

Nulla personarum habita acceptatione iustitiam
administret: munera tām parua, quam magna om-
nino respuat, ac reijciat, solumq; Deum cordis inspe-

R 2 Etorem

etorem, scrutatoremq; acerrimum præ oculis habeat. carceres semel in hebdomada, Archiuum semel in mense visitet: in eoq; præcipue inuigilet, nè Notarij, Actuarij, Cancellarij, aut Scribæ Tariffas in fine præsentis Synodi apponendas in exactione mercedis excedant.

De Vicario Foraneo. Cap. III.

Vicarius Foraneus, cui non causarum vniuersitas, quæ solum Vicario Generali demandatur, sed certæ causæ deferuntur, limitatam habet iurisdictionem. Causarum itaq; ciuilium cognitio ad ipsum non spectat, si trium scutorum summam excedant. causas matrimoniales, nec earum informationes, nec minus beneficiales, aut criminales cognoscat, nisi in re graui fugæ periculum immineret, quo casu ad capturam, & summariam informationem procedens causam statim ad nostrum Tribunal transmittet plenè cognoscendam.

Prae cæteris omni diligentia, & sagacitate inuigilabit inquirens, an Parochi proprium munus decenter exerceant: an propriæ Iurisdictioni subditus in concubinatu, vsuris, publicouè alio scelere viuat: an festi dies piè, ac religiosè colantur.

Eiusdem partes erunt exacta sedulitate procurare, vt ea omnia, quæ tām in præsentis synodi ordinatiōnibus, quam in decretis aliàs à nobis in Visitatiōnibus factis sancta sunt, inuiolabiliter ab omnibus obseruentur, suumq; debitum loco, & tempore effictum sortiantur. Quos autem in prædictis contumaces, aut inobedientes repererit, nobis, aut Vicario nostro Generali deferat legitimè puniendos.

Ad eundem quoq; pertinet disciplinam promoue-

re

cap vlt de off. Ar.
chipesb.

c. cum Apostolus.
de confec.

re Clericorum, quos sèpius ad debita Ecclesijs obsequia, seruitiaq; præstanta commoneat. Ecclesijs, & oratoria visiter: in euellendis, extirpandisq; vitiorum spinis plurimū desudet: in agro Domini vt succrescentia virtutum germina fœcundè pullulent, nec suffocentur, lites discordias, contentiones, rixas inter Clericos natas studeat componere: siquæ graues fuerint, illas nobis deferat.

Quarè nè in proprij muneri administratione ullis retardetur impedimentis, præcipimus, ac mandamus omnibus, & singulis Archipresbyteris, Abbatibus, Canonicis, alijsq; Sacerdotibus, & Clericis, vt in ijs, quæ ad ipsius pertinebunt officium, debitam ipsi præstent obedientiam, sub pœnis arbitrio nostro incurrendis.

Vicarius verò, si in proprio obeundo munere negligens fuerit, aut deliquerit, à nobis arbitrio nostro seuerissimè punietur.

De Capitulo Congregando. Cap. VI.

CVm negotia, quæ plurimorum consilio pertrahantur, exitu semper feliciori terminari videantur; hoc præsenti decreto statuimus, vt Cathedralis, Collegiarumque Ecclesiarum dignitates, & Canonicci, primo cuiuslibet Mensis die festo non impedito, in locum ad Capituli Congregationem destinatum conuenire pro tractandis Ecclesiæ negotijs teneantur: & die antecedenti intimetur, nisi aliter necessitas exigatur, & relatio in libro registretur.

Congregatis omnibus, primò Spiritus Sancti auxiliū de more imploretur: posteā quilibet, iuxta suæ dignitatis gradum, suo in loco assideat, & is, ad quem de iure, vel consuetudine pertinet, res discutiendas

tiendas proponat, omnesq; seruata gradus prærogatiua, incipiendo à Maiori, suam dicant sententiam, & votum proferant. In proferenda verò sententia, in respositionibus, & contradictionibus modestia, semper obseruetur, & contumelia, altercationesque prorsus eliminentur. aliás qui contrà fecerint, pœnam suspensionis per annum ab actionibus Capitularibus, aliasq; arbitrio nostro, iuxta culpæ modum, pœnas incurrant.

Postquam verò singuli suam declarauerint voluntatem, vt liberè, in quam voluerint, ire possint sententiam, ad conclusionem eliciendam secreta suffragia, ac vota exigantur. In æquali votorum, suffragiorumque parilitate, negotij discussio ad nos ipso facto deuoluatur. Si verò suffragiorum inæqualitas recollectis votis intercesserit, quod à maiori parte fuerit conclusum, id inuiolabiliter decernatur, & omnia à Cancellario, seu Secretario Capituli in libro ad id specialiter destinato fideliter describantur: nec à Capitulo discedatut, nisi finita gratiarum actione: tractataq; in eodem extrà non referantur, sub poenis arbitrio nostro iniungendis.

Qui in negotijs in Capitulo discutiendis aliquod interesse tam directè, quam indirectè habuerit, is discedat, & liberam aliis interesse nō habentibus dicendi, concludendiq; relinquat facultatem: saluis tamen aliis decretis in visitatione à nobis factis.

*De Santesio, seu Procuratore Capituli.
Cap. V.*

Santesium, siuè Procuratorem fide, diligentia, ac facultatibus idoneum sibi Capitulum deligat, cuius

cuius ad nos pertinēat confirmatio. qui post suam electionem, corporale in manibus nostris, aut Vicarij nostri Generalis de fideliter, & rectè administrando, statim præstabit iuramentum.

Is duos habeat libros chartulatos. In primo bonorum omnium describatur Inuentarium, cum confiniis, & alijs requisitis, liuellorum, & censuum, ac le-gatorum, cum die, anno, nomineq. Notarij.

In secundo Introitus, & exitus capitulares singu-lorum dierum annotentur.

Expensæ facienda decernantur prius per vota se-creta à Capitulo, vt in præcedenti capite dictum fuit, & constituto negotio, expediatur mandatum regi-strandum à secretario, siuè Cancellario in libro par-ticulari, qui mandatorum liber nuncupetur: quod mandatum à maiori saltem Canoniconum parte sub-scribatur.

Expensæ extraordinariæ, summam scutorū trium excedentes, sine nostra commissione, ac vnius saltem Canonici à Capitulo deputandi assistentia, nunquam per Santesium fiant. si contrà fecerit, de proprio te-nentur.

Santesius, inconsulto Capitulo, nullam frumenti, aut aliarum segetum quantitatem vendere, nec mi-nus locationem facere, aut lignorum venditionem, nisi publicatis in Ciuitate per dies octo bannimentis, concludere præsumat. Sed hora in bannimentis de-scripta, ac statuta, in portico Ecclesiæ candela accen-datur, & cum assistentia vnius ex Canonicis, vt suprà, deputati, plus offerenti, iustoque pretio, ad candela extintionem fiat venditio.

Bonorum conductionem, lignorum emptionem, seminationem in agris ad Capitulum pertinentibus, nec non retroueditionem censuum, etiam ad effe-ctum

etum reinuestiendi in alijs censibus , eidem , præter quam consensu , ac assensu Capituli , ut suprà , accidente , vetamus , prohibemus , & inhibemus .

Nec minus obligare , vendere , hypothecare , siue exigere fructus , aut pensiones non maturatas possit , aut conuenire cum aliquo affictuario pro solutionibus valeat anticipate faciendis . In fine anni , administrationis suæ rationem coram Capitulo , & electis ab eo reddere , & ad integrum solutionem illius , quod debuerit , omnino teneatur , & compellatur .

Præfati Inuentarij , caterarumque scripturarum Capituli copiam sua manu subscriptam in Cancelleria nostra , nec non librum peractæ administrationis computa data fideliter continentem consignare tenetur . Capitulum verò Archiuium conficiat , in quo huiusmodi Inuentaria , & reliqua monumenta , videlicet libros , Instrumenta , & sigillum conseruet . Cuius Archiuui clavis altera penes Præpositum , altera verò penes Camerarium deponatur .

De Officio Camerarij . Cap. VI.

Camerarius Capituli curabit , vt quotidianæ distributiones vnicuique pro nota officii , laboris , ac seruitii iuste diuidatur : eisque , qui absentiae , aut errati causa punctati , siue adnotati fuerunt ; denegentur , ac nullatenus persoluantur . sicuti neque illis sunt persoluenda , qui ad sacros ordines non fuerint promoti , quos etiam voce capitulari priuatos esse declaramus . qui , si indignis mercedem laboris non emeritam fuerit impertitus , tantundem de suo tribuat , quantum Ecclesiæ detraxit , ac indigno largitus est .

De

De Vitijs extirpandis . Cap. VII.

Perditos homines vitiorum caligine obsecatos , & secundum præsentem iustitiam gehennæ mancipatos , Doctmonis faucibus eripere , ac Deo opt. Max. reconciliare cupientes , vltionis nostræ seueritatem , poenaq; omnibus illis indicimus , qui vitiorum sorribus contaminati alijs scandalum , sibi ipsis perniciem in maximum totius Reipublicæ Christianæ detrimentum , parere non desinunt . Necesse enim est , vt poenarum formido illos deterreat , quos diuinæ legi suauitas nequit allicere .

De Blasphemij . Cap. VIII.

Detestabiles blasphemiarum Rei , quos lege veteri iussit Dominus lapidari , per sacrorum Canonicum decreta , summorumque Pontificum , maximè Pii V. constitutiones seuerissimis poenis subiiciuntur . Sciant igitur omnes , nos non minus præfatis sacrarum Constitutionum sanctionibus , quam Pastoralis officii nostri debito inhærentes , grauissimum adeo scelus , indictis etiam , impositisque , si opus fuerit , publicis poenitentiis , acerrime persecuturos .

Quare omnibus districtè præcipimus , & mandamus , vt si Deum , B. Virginem , & Sanctos aliquem audierint blasphemantem , eum statim denuncient , canonicas poenis puniendum .

Si Clericus fuerit , prima vice coniunctus , annuis Beneficiorum fructibus priuetur : secunda vice Beneficium amittat : tertia vice ad aliorum Beneficiorum impetrationem fiat inhabilis . Si autem ecclesiasticum Beneficium non obtinuerit , prima vice poenam scutorum

Bulla Leonis X. II. inuen. bull. incip. supernæ dispositio. ver. ad abolendā . Iulius II. in Constit. 43. in eod. Bull. incip. in multis . Pius V. in Bull. 5. in vec. bull. incip. cum primum ad Apostolatus. c. 2. de Maledic.

In Synod. Prou. Me diol. sub S. Carolo. t. tit de Blasph.

torum quinquaginta, vel aliam corporalem congruā luat: secunda vice in carcerebus per annum teneatur: tertia ad triremes damnetur.

In dd. Bull. Leonis,
& Pij V.

Blasphemus autem, si laicus fuerit, prima vice scutis viginti quinque: secunda, quinquaginta: tertia, centum multetur, & ignominiosa poena affectus in exilium compellatur. si soluendo non fuerit, prima vice manibus post terga reuinctis ante fores Ecclesiae per diem festum integrum constituatur: secunda vice per Ciuitatem, siue oppidum ignominiosè fustigabitur: tertia vice, illius lingua prius perforata, ad triremes condemnabitur.

Porrò si blasphemia hæreticam sapiat prauitatem, contra Blasphemos tanquam de hæresi suspectos per Curiam nostram procedatur. Qui tales Blasphemos patefecerit, concessos à felic. recordationis Leone X. Indulgentiarum thesauros lucrabitur. si verò non ignorans tacuerit, fidelium communione, donec detulerit, priuabitur.

Ad tollendum autem, ac eradicandum execrabile hoc Blasphemie scelus: præcipimus, & mandamus omnibus Parochis, vt in Ecclesiis, in quibus nominis Dei Sodalitas adhuc erecta non est, quam primum curent per eos, ad quos ex Pii V. Const. pertinet, institui: Indulgentiasq; præfatis Sodalitatibus concessas frequenter Populis insinuent, & promulgent.

De Sententia Excommunicationis.

Cap. IX.

1. c. concipiuntur.
24. q. 3.

TERRIBILIS fulminationis Ecclesiæ gladius vehe-
mentissimum Christi fidelibus pauorem debet
incutere, si aduertant, nullam in Ecclesia Dei maiore
poenam

poenam, aut acerbiorē multā posse repetiri, quām excommunicationis telo iugulari, idest à saluberrima totius Ecclesiæ, fideliumq; in sanguine D.N. I. Christi redemptorum communione, ac participatione priuari, à grege Domini tanquam ouem contagiosam, ac contumacem depelli, & Sathanæ, illiusque tradi possessioni. hæc omnia igitur Parochi frequenter Populorum auribus insinuent, vt dignum, iustumque excommunicationis timorem concipientes cauti ab his studeant abstinere, quæ sibi tantarum calamitatum perniciem possunt irrogare.

Excommunications, siue Monitoria ad effectum reuelationis solum pro re graui concedantur. excommunicatis autem, aut publicis peccatoribus, aut super facto proprio, ac infra scuta decem, omnino denegentur. Ad fulminations verò nullatenus deueniemus, nisi pro summa scutorum viginti quinque, & constito prius de oratoris interesse. In præfatis verò Monitorijs sequentia tacite subintelligantur. primò clausula, dummodò potentis intersit in scutis decem. secundò, vt habeant vim solum contra personas, quas petens prorsus ignorat, non autem contra eos, cum quibus lis pendet super prædictis. tertio ad effectum agendi ciuiliter: aliàs reuelatio neque in iudicio, neque extra iudicium fidem faciat. quinimmò Vicarius noster imponet poenam excōmunicationis parti vntenti criminaliter.

Curatus huiusmodi monitoriales litteras non publicet à die Dominico palmarum usque ad octauam Paschatis inclusiū, & à Dominica ultima Aduentus usque ad Epiphaniam Domini inclusiū, sub poena scutorum decem.

Si quas Parochus reuelationes habuerit, ad nos ilias suo sigillo obsignatas transmittrat: parti verò sun-

glos. fin. in c. audi.
11. q. 3. Corint. 1.

1. c. Episcop. 11. q;
3. sacro. 2. de sent:
excom.
c. ad nostram. 1. de
iure iurando.

Pius V. in Bull. 103.
die 27. Junij. Anno
5. incip. Sanctissi-
mus.

S 2 quam

quam sub poena carcerationis concedat.

Parochus accepto super fulminatione, aut aggrava-
tione excommunicationis decreto, die Dominico
sequenti, vel alio solemniori festo, in frequentiori Po-
puli concursu, inter Missarum solemnia post offerto-
rium, superpelliceo, ac stola indutus, ni ipse celebret,
præfatis, ac insinuat pluribus super grauitate Ec-
clesiasticarum censurarum, formam à nobis in fine
harum Constitutionum præscriptam obseruabit, no-
strikq; decreti exemplum Ecclesiæ foribus, alijsque pu-
blicis locis affigatur.

Excommunicatorum nomina, ac cognomina Pa-
rochus in libro describat, eosque ab omnibus, tanquā
oues pestiferas, & contagiosas, vitandos frequen-
tissimè declarer, & denunciet, ut hac ratione Reorum
animos ad absolutionē demerendā facilius conuertat,
& detestabilis in Ecclesiasticis peruicacia cuitetur.

De Iuramento falso. Cap. X.

Perniciosum Proximo, Deoq; ipsi abominabile Iu-
ramenti falsi scelus maximè in iudicialibus eradi-
care, ac euellere cupientes, fidelium animis conside-
randum proponimus, quām graue, ac nefandum fa-
cinus sit in Proximi detrimentum, ac perniciē, Deum
ipsum, qui est summa veritas, in falsitatis testem ad-
ducere. quapropter omnes à tanto scelere abstineant,
sciantq; illius absolutionem soli Pontifici, præterquā
in articulo mortis, esse reseruatum.

Confessarios igitur omnes hortamur, vt quælibet
falsorum iuramentorum, ac mendaciorum genera se-
uerioribus poenis mulctare non desinant, vt tanti sce-
leris cunabula, ab homine potissimum Christiano
summoperè aliena, penitus euellantur.

Clerici verò, qui tantum flagitium commiserint,
sciant

c. infam: s. 6. q. 1.

sciant se non modò Ecclesiasticis, verum etiam alijs
arbitrio nostro poenis esse subijciendos.

De Maleficis, & superstitionibus. Cap. XI.

Maleficium, incantatio, fortilegium, supersticio,
aliaque huiusmodi, quibus perdit homines ge-
hennæ mancipati deseruiunt, certissima pestis infer-
nalis contagia ab omnibus Christi fidelibus teneatur.

Quarè ab huiusmodi incantationibus, beneficijs,
maleficis, philtoris, alijsque magicis, ac diabolicis ar-
tibus, mentes hominum perturbantibus, morbos in-
ducentibus, ac depellantibus, humanorum corporum
figuram, & conditionem mutantibus, mari, aeri,
tempestati, ventisque imperantibus, penitus, ac om-
nino abstineant. Cum Dæmonibus foedera, pactio-
nesque nè faciant. ab insana futurorum præcognitio-
ne, seu prædictione, ac furto subtractorum denuncia-
tionē se cohibeant thesauros absconditos ex somnijs,
sortibus, aut alijs huiusmodi pessimis artibus nè pol-
liceantur. Alias contra omnes prædictos, & contra
eos, qui consilium, fauorem, consensum, auxiliumq;
præstiterint, poenas in Bulla fel. rec. Gregorij X V.
contentas incurvant.

Omnibus insuper in virtute Sanctæ obedientiæ, ac
tanquam sacræ fidei Inquisitores ordinarij præcipi-
mus, & mandamus nostræ Dioecesis subditis, Eccle-
siasticis, & secularibus utriusque sexus, vt maleficos,
magos, sagos, strigesque, omnesq; alias de huiusmodi
crimine probabiliter suspectos nobis denuncient.

Hortamurq; omnes in Domino, vt signum Crucis
super quibuscumq; rebus commestibiliibus frequenter
adhibeant, maximè verò in principio, & fine prandij,
& coenæ, vt salutifero sanctæ Crucis signo muniti, &
religiōsè confirmati, aquam pariter benedictā domi
habentes Dæmonum artes insidiasq; profligemus.

Ea de

cap. quiscumq; ibid.
c. constitutus. 3.
q. 1. & 2. q. 5. per
totā.

incip. omnipoten-
tis Dei. 10. Martij.
1623.

Ea de re Parochi, Concionatores, ac Confessarij in hoc potissimum inuigilent, vt simplicium animos à tanti erroris vanitate, ac periculo auertant, ac deterrant.

*De Concubinarijs, & Meretricibus.
Cap. XI I.*

¹ Concil. Rom. sub Nic. 1. in fia. Conc. Lateran. sub Leone X. fess. 9. de Refor. mat. Cfr. Concubinarij. Concil. Trid. fess. 25. cap. 14. de Refor. & fess. 24. c. 8. de Reform. matrim.

² Nicol. V. in Constit. incip. si diligenter. X. Kal. Octobris. 1452.
³ cap. interdixit 32. dist. cap. cum omnibus cap. feminas. & c. volumus. 81. dist. cap. 1. & seqq. de cohabit. Cleric. & mulier.

fess. 25. cap. 24. de Reform.

Concubinatus maximè publici turpitudinem, ac foeditatem sacrorum Conciliorū, præcipue Tridentini decreta, ¹ sumimorumq; Pontificum ² constitutiones apertissimè testantur. omnes ergò à tanti flagitijs periculo animam suā eripere enitantur: alias enim poenas non modo à supremo legislatore Deo, verumetia à sacris Canonibus inflitas se nouerint incursuros.

Et vt ab illis sit initium, quorum culpa alijs exemplum poterit esse peccandi, si Clericus ³ Concubinā, aut aliam mulierem suspectam domi, aut alibi detinere ausus fuerit, monitusq; non abstineat, tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouentuum Beneficiorum omnium, ipso facto, priuatus existat: quæ pijs locis arbitrio nostro applicetur.

Si vero in duritate cordis, & obstinatè in delicto perseuerauerit, ab ipsorum Beneficiorum administratio- ne arbitrio nostro suspendatur; sin autem spem emendationis non dederit, non solum Beneficijs quibus- cunque priuetur, verum etiam vt inhabilis, & indi- gnus, quibusunque honoribus, dignitatibus, & Be- neficijs, omni exceptione, & appellatione remota, de- nudatus existat. Clericus vero Beneficia, aut Penso- nes non habens, iuxta delictum, & contumaciam perseuerantiam ex Sacri Concil. Trid. dispositione mul- etetur.

Laicus

Laicus denique Concubinarius, qui monitus Con- cubinam non eiecerit, seque ab eius consuetudine non abdicauerit, excommunicationis gladio iuxta Sacri Concilij Trid. decreta feriatur, seruata tamen forma Edicti inferius registrandi, & in visitatione à nobis facta aduersus Concubinarios promulgati. quod qui- dem Edictū quolibet anno in prima Dominica Qua- dragesimæ legi, & per Parochum publicari manda- mus, sub pena scotorum decem.

¹ fess. 24. cap. 8. de Reform. matr.

De Cauponis. Cap. XIII.

IN Cauponis, Tabernis, & quibuscumq; alijs diuer- forijs Meretrices, aut aliæ inhonestæ mulieres nul- latenus detineantur, nè peregrini mulierum blandi- tijs pellesti, ac irretiti exhibitam captent peccadi op- portunitatem. Qui contrà fecerit, penam scotorum viginti quinq; luat ipsæ verò meretrices, aliæq; hu- iusmodi mulieres penam fustigationis, exiliisque à nostra Dioecesi incurvant.

Caveant Caupones, nè tempore Quadragesimali, aut alio tempore in diebus Veneris, & Sabbati, ac yi- gilijs ex præcepto Ecclesiæ obseruandis veritos cibos edant, ministrent; siue hospitibus comedendos ap- ponant, nec minus ab eisdem comediri patiantur, sub pena arbitrio nostro incurrendis: & in omnibus pa- reant edicto inferius registrando.

De Vsurarijs. Cap. XIV.

Perniciosum usuratum crimen, quod non modò facultates exhaustit, sed etiam animos deuorat, ¹ tum etiam à quibuslibet alijs alienum esse deber; ideo Parochi, Confessarij, omnes in illius

¹ 47. dist. per tot. c. præterea de via- ris.

144

in illius extirpatione sedulò inuigilent.

c. quia in omnibus
de vñr. c. cum tu.
cod. tit.

d. c. quia in omni-
bus .

Vñrarios manifestos ad sacramenta Ecclesiæ non admittant, nisi prius realiter, ac tutò, facto deposito satisfecerint. huiusmodi criminis Rei decedentes ecclesiastica careant sepultura. Parochus verò, qui Vñrarium huiusmodi sepelire ausus fuerit, suspensionis, excommunicationis, aliasque arbitrio nostro poenæ incurret.



De officio examinatorum. Cap. XV.

Conc. Trid. sess. 13.
cap. 7.

NE' indigni ad ecclesiasticos ordines, aut Beneficia etiam Parochialia, sed solummodò doctrinæ, scientiarumque habentes necessaria requisita, admittantur; decernimus, & mandamus, vt in omni ordinatione, tam generali, quam particulari, seu concursu, fiat examen per aliquos ex nostris examinatorebus synodalibus, tribus non pauciores, qui completo examine per schedulas secretas suum debeat proferre votum, seruata forma in Formulario registranda.

Caveant autem examinatores, nè amore, odio, gratia, aut quauis alia re, seu prœmio etiam sponte oblato seducti indignos approbent, aut dignos rejicant, super quo corum conscientiam distriste onceramus.

In Examinatores verò synodales pro concursu Parochialium elegimus.

An-

145

Admodum R. D. Andream Fantibassum, Archipre-
sbyterum nunc, & pro tempore existentem.

Hieronymum Julianum

Admodum Gasparum Giraldinum
R.R. D.D. Angelum Paladinum
Io. Bernardinū Porphiriū

Eccl. Cathe-
Canon. dral. Ciu.
Castell.

Ioannem Antonium Atmigerum Archipresbyterum Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Iuliani Terræ Stabiae.

Ioannem Riccijum I. V. D. Archipresbyterum Collegiatæ Ecclesiæ Sanctorum Vincentij, & Anastasij Arini.

Antonium Spenditorum I. V. D. Archipresbyterum Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Michaelis Arcangeli Terræ Caprarolæ.

Angelum Marcuccium Canonicū Gallesinum Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ.

Claudium Menichinum I. V. D. Restorem Terræ Cochleani.

Nardum Restitutum I. V. D. de Caprarola.

Guardianum Conuentus Sancti Francisci pro tem-
pore, & Priorem Carmelitarum huius Ciuitatis pa-
riter pro tempore, si fuerint in Sacra Theologia Ma-
gistri, seu Bacchalaurei.

Quos vniuerita Synodus vnanimi consensu, & pari
voto approbavit.

De Iudicibus Synodalibus. Cap. XVI.

Quoniam ex Sacri Concilij Tridentini decreto tenemur in hac præsenti Synodo nominare, ac deputare Iudices, quibus Apostolicæ causæ delegen-
tur; idèo præfato inhærentes decreto proponimus,
decernimus, ac nominamus

T

Hiero-

Hieronymum Julianum
Admodum Gasparum Giraldinum
R.R. D.D. Angelum Paladinum.
Io. Bernardinū Porphiriū

Eccles. Cathe.
Canon. dīs. Ciu.
Castell.

Quos vniuersa Synodus vnanimi consensu, & pari
voto approbavit.

De Testibus Synodalibus. Cap. XVII.

cap. Epis. in Synod.
35. q. 6.

Ad uitandas poenas in Concil. Lateran. sub In-
nocen. III. ijs propositas, qui nullos in Synodo
Testes nominauerint; & vt tam salutare institutum
non deseramus, huic muneri elegimus.

Christophorum Colauabum Cano-
nicum Gallesinum.

Admodum R.R. Hostiliū Lombardutium Canoni-
cum Arinianea.

D. D. Antonium Clarieum Curatū Terræ
Carboniani.

Laurentium Pacellum Valleranen.

Quorum erit munus animaduertere diligenter, an
in nostra hac Dioecesi, aut Ecclesijs nobis subiectis,
aliquid correctione, aut emendatione indigeat. An
ea, quæ in præsenti Synodo laudabiliter constituta-
sunt, seruentur. Siquid ex præfatis cognouerint, id
statim nobis, aut Vicario nostro deferre non moren-
tur, vt spirituales gregis nostri necessitates, ac ægri-
tudines prouidè cognoscentes opportuna facilius mi-
nistrale remedia valeamus.

De Synodalibus Decretis. Cap. XVIII.

Ea omnia, quæ à nobis in præsenti Synodo acta,
& decreta sunt, ab omnibus inuiolabiliter obser-
uari

uari post duos menses à die publicationis, sub poenis
in ipsis decretis, ac constitutionibus contentis, volu-
mus, ac strictè mandamus.

Vbi verò pro illorum obseruantia nulla fuit adiecta
poena, eo casu contra inobedientes, ac transgressores
poenis à sacris canonibus, & summorum Pontificium
Bullis, ac constitutionibus, alijsque arbitrio nostro
iuxta delictorum, & personarum qualitatem irro-
gandis animaduertemus.

Omnes denique, ac singuli Parochi, & Clerici no-
stræ Dioecesis teneantur post horum decretorum pu-
blicationem, ac impressionem ea sibi comparare, pe-
nes se retinere, ac frequenter perlegere, vt facilius mu-
neris sui debitum agnoscentes, officio, ac statui pro-
prio satisfacere valeant.

Cæterum omnia, & quæcunque in præsenti Syno-
do sancita, præcepta, & quavis ratione prolata, &
dicta, iudicio, & censuræ S. R. E. cæterarum Ecclesia-
rum omnium Matris, & Magistræ semper emenda-
da, & corrigenda libentissimè subijcimus.

Et cum omnes, & singulæ supradictæ constitutio-
nes, & decreta Synodalia ab Admodum R. D. Io.
Bernardino Porphirio Canonicō, lectorē deputato, in
suggestu, alta, & intelligibili voce perfecta fuissent;
Illustrissimus D. interrogauit dicens.

Placetne vobis recipere, & approbatis præsentes
constitutiones, decreta, & acta facta in hac Synodo?

Responderunt omnes alta, & intelligibili voce.

Placent, recipimus, & approbamus.

Præsente Admodum R. D. Hieronymo Iuliano
Procuratore Fisci, qui acceptatis fauorabilibus pe-
titij ad omnem bonum finem, & effectum, ac specia-
liter, vt veritas semper elucescat, per me Notariū pu-
blicum infrascriptam confici Instrumentum. &c.

c. de causa. §. illis
etiam. de off. deleg.

Illustrissimus Dominus mandauit de predicitio-
vnum, vel plura, publicum, seu publica, confici In-
strumentum, & Instrumenta.

Acta fuerunt hæc C. Castellani in Cathedrali Ec-
clesia Sanctæ Mariæ Maioris die 18. 19. & 20. mensis
Januarij 1626. præsentibus ibidem Illustribus DD.
Iacobo Gaio, Marco Antonio Anzellino, & Francisco
Pipere de C. Castellana, Conservatoribus Illustris
Communitatis eiusdem Ciuitatis, & Magnificis Do-
minis Flaminio Garzonio de Caprarola, & Nicolao
Pelleronio de Ciuitate Castellana Testibus &c. præ-
ter alios Ciues quam plures.

Ego Petrus Angelus Pechinolus de Ciuitate Ca-
stellana publicus Dei gratia, & Apostolica auctorita-
te Notarius, in Archivio Romanæ Curie descriptus,
de præmissis rogatus præsens publicum actorum Sy-
nodi Instrumentū subscrispi, & publicauit, saluo &c.

Declarationes Aliquot Sacrae Congregationis
Concilij S. D. N. Urbani Papæ VIII. auctori-
tate editæ super Decretis eiusdem Con-
gregationis de Celebratione
Missarum.

SVPER primo Sacrae Congregatio-
nis decreto, de celebratione Missarum,
quo prohibetur, ne Episcopi in
diœcetana Synodo, aut Generales
in Capitulis generalibus; vel alias
quoquomodo, reducant onera villa
Missarum celebrandarum aut post idem Concilium
imposita, aut in limine fundationis:

Quæritur, quid si legatum sit ita tenue, ut non sit,
qui

qui velit onus illi iniunctum subire, & recurson-
dum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione
oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro
expensis ad id necessarijs?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, vt
possit huiusmodi onera moderari?

Secundò, super secundo eiusdem Congregationis
decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Missæ, quot
ad rationem tributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint:

Quæritur: an verba illa (præscriptæ fuerint) intel-
ligenda sint de præscriptione facta ab offertente, vel
ab Ordinario?

Tertiò, an cum Ordinarius præscriperit eleemo-
synam congruam iuxta qualitatem loci, persona-
rum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipen-
dium minus congruo, tentantur Missas illis ab offer-
ente præscriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas cele-
brare ratione beneficij, seu capellæ, legati, aut salarij,
possint etiam manualem eleemosynam, pro Missis
votivis, aut defunctorum, recipere, & vno Missæ
sacrificio utriusque oneri satisfacere?

Quinto, Posito, quod Testator relinquit, vt cele-
brentur pro eius anima centum Missæ, absque vlla
præscriptione eleemosynæ: Quæritur, an liberum sit
hæreditibus eleemosynam sibi bene visa in præscribere,
an vero eadem eleemosyna præscribita sit ab Or-
dinario?

Sextò, super tertio Congregationis decreto, in quo
cadem Congregatio reuocat Prioritatem, quibus indu-
getur, vt certarum Missarum, vel annueriariorum
celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus;
plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis
satisfiat:

Quæritur, An verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Priuilegium?

Septimò, super Quarto eiusdem Congregationis Decretu, quo prohibetur Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, nè eamdem Missam alteri, parte eiusdem eleemosynæ sibi tenta, celebrandam committat:

Quæritur, An permittendum sit administratorib' Ecclesiarum, vt retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inservientium, paramentorum, lumen, vini, hostiæ, & similiū?

Ottauò, An hoc decretum habeat locum in beneficijs, quæ conferuntur in titulum, idest, An Rector Beneficij, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum Beneficij?

Decimo, An Sacerdotes, quibus aliquandò offerunt eleemosyna maior solita pro celebratione Missæ, debeant dare eamdem integrum eleemosynam ijs, quibus Missas celebrandas committunt: An verò sat is sit, vt dent celebrantibus eleemosynā consuetam?

Vndecimò, super quinto eiusdem Congregationis decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba (eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis) ità demum ijdem accipere possint, si oneribus antea impositis ità satisfecerint, vt nouas quoquè onera obire valeant; Alioquin omnino abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c.

Quæritur, An hoc decretum prohibeat absolutè, quò minus accipient nouas eleemosynas, ijs, qui acceptis

ceptis non satisfecerunt: & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, quid, si offerens eleemosynas, auditio impedimento, consentiat, vt Sacerdos Missam celebret cum primùm poterit?

Decimo tertio, An poena interdicti, & aliæ appositiæ in eodem decreto afficiant eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quæ eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesijs, vt ibidem præcipitur?

Decimo quarto, An in hoc decreto comprehendantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesijs in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgo dicuntur (casse de Morti)?

Decimo quinto, An administratores Ecclesiæ magnæ deuotionis, & concursus possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si ijsdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, nè aliæ cultus Ecclesiæ, & deuotio, ac concursus fidelium, vt aiunt, minuantur?

Decimo sexto, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegijs, Societibus, Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, & Piorum locorum, tam sacerdotalium, quam regularium, superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendendi videntur sub clausula generali (& alijs ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione?

Decimo septimò, super septimo eiusdem Sacra Congregationis decreto, quo cauetur, vt in singulis Monasterijs religiosorum præfigatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut eleemosynis commodè possit sustentari:

Quæri-

Quæritur, An ybi hoc præfixio facta iam fuit in vīm similis decreti san: mem: Pauli V., abfq; tamen computatione redditum cuiusq; religiosi, sit denuo facienda, nec ne?

Decimo octauo, An nouitij ad habitum Regularem admissi, possine admitti ad professionem in Monasterijs, in quibus, habita vt suprà præfixione numeri, cominodè ali non possunt?

Decimo nono, Super vltimo, quo cauetur, vt nullib; recipientur conuentus regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim taltem fratres in eis degere, & competenter sustentari valcent, ita vt alioquin subsint iurisdictioni ordinariæ:

Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas religiones, quæ non consueuerunt onera Missarum recipere, vt sunt religiones Capuccinorum, ac Societatis Iesu?

Vltimò, An idem decretum, ybi disponit, vt nullib; recipientur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proximè antecedens, an verò etiàm extrà Italiam?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, auctoritate sibi à Sanctiss. D.N. attributa, Ad singula dubia superiorius proposita, ad hunc modum respondit, videlicet:

Ad primum, et si legatum sit adeò tenue, nihilominus, pro reductione oneris, vt suprà, impositi, abijs, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absquè ylla impensa, id statuet, quod magis in Domino ēre esse iudicauerit; Veruntamen si in ipsa beneficij creatione expressè cautum fuerit, vt licet

ceat Episcopo iniunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & obseruandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscriperit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscriperit Ordinarius secundū morem suæ Ciuitatis, vel Prouinciae.

Ad Tertium, teneri.

Ad Quartum, Sacerdotes quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficij, scū cappellæ, legati, aut salarij, si eleemosynas pro alijs etiam Missis celebrandis suscepient, non posse eadem Missa vtriq; obligationi satisfacere.

Ad Quintum, censuit, ybi nullam certam eleemosynam testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundū morem Ciuitatis, vel Prouinciae.

Ad Sextum, Ita esse intelligenda:

Ad Septimum, respondit, permittendum non esse, vt Ecclesiæ, ac loca Pia, scū illorum administratores, ex eleemosynis Missarū celebrandarū yllam, vtcùnq; minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, & loca ipsa alios non habent redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licet possint, & tunc, quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipso mettantū Missæ sacrificio necessariò sunt subeundæ, & nihilominus eo etiā casu curandum esse, vt ex pecunijs, quæ supersunt, expensis vt supra deductis, absolute tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint

V ab

ab offerentibus eleemosynas.

Ad Octauum, non habere locum, sed satis esse, ut Rector beneficij, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam, secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciae, nisi in fundatione ipsius beneficij aliud cautum fuerit.

Ad Decimum, debere absolutè integrum eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse.

Ad Undecimum, respondit, non prohibere absolute: Ac propterea, etsi oneribus iam susceptis non satiscerint, posse tamen noua etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodò infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad Duodecimum, quamvis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebrazione, id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decetum non prohibere, quod minus eo casu eleemosyna accipiat pro iisdem Missis iuxta benefactoris consensum celebrandis.

Ad decimum tertium, has poenas non habere locum, nisi in suscipientibus onera perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel eius generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

Ad decimum quartum, Comprehendi.

Ad decimum quintum, Non posse, nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, ut supra in response ad duodecimum.

Ad decimum Sextum, comprehendi etiam priuatos Sacerdotes.

Ad decimum Septimum, numeri præfixionem esse iterum faciendam seruata forma ultimi decreti haec de

de re editi.

Ad decimum octauum, esse admittendos ad professionem, si alias habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio eiusdem religionis esse collocandos, ubi commodè ali possint.

Ad decimum Nonum, Censuit comprehendere.

Ad Ultimum, habere locum etiam extrà Italiam.

Cosmus Card. de Torres.

Loco + sigilli.

Prosper Fagnanus S. Congreg. Secr.



Errata.

1	inuicum	inuicem
21	inuicem	ad inuicem
21	imbecillitas	imbecillitas
24	imbelitati-	imbelitati
24	conferat	se conferat
26	inchoabitur	inchoabitur
30	jolent	soleant
32	ferant	ferat
32	supplet	suppleat
35	œconomo	œconomo
36	inter, & baptizatum eum	inter eum; & baptizatum
49	de eximia	de cuius eximia
59	trasferimus	transferimus
60	viuum	vinum
61	si verò si	si verò sit
74	interatis	iteratis
81	Galilæ	Galilæ
88	icoſa	icoſa
90	extreuantur	extruantur
91	propolitè	perpolitè
95	forma	formam
111	adhibeat	adhibeant
111	recidant	recidat
125	iuris	viris
127	præscriptarum	præscriptam
127	intro	intra
147	Pontificum	Pontificum

Corrigē.



RONCILIONI.

Apud Frāciscum Mercuriū. M. DC.XVII.

SUPERIORVM PERMISSV.